



DEO TRIUNO ADJUVANTE!  
PERICULUM JURIS PUBLICI

De

24  
1663 450 11a  
17  
**APANAGIO,**

Consensu & autoritate Magni.

fici & Amplissimi Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo, Consultissimo, & Excel-  
lentissimo*

**DN. WILHELMO LEISERO,**

Jcto, & Antecessore in hac Academia famigeratissimo,

Curia Electoralis, Scabinatus & Facult. Juridicæ

Afessore gravissimo,

*Patrono, Praeceptore, Promotore ac Affine suo  
omni honoris cultu etatem prose-  
quendo.*

Publico eruditorum examini sistit

**HENNINGUS ZÜRGENS**

Jtzehoâ Hollatus.

AUTOR.

*In Auditorio Jctorum, Horis consuetis.*

*Die 6. Junii.*

WITTEBERGÆ, Literis MATTHÆI HENCKELII  
ANNO M. DC. LXIII.



V I R O

*Nobilissimo, Amplissimo, Excellentif-  
simo*

DN. JOACHIMO *Argens/*

*Hereditario in Westervick &c. &c. &c. apud Am-  
stelodamenses Primati celeberrimo.*

Patruo suo Patronoq; omniho-  
noris & amoris cultu in æternum devene-  
rando

*Hoc Exercitium Academicum*

*offert*

AUTOR.





I. N. 7.

Thef. I.



Vantoperè insatiabilis regnandi libido Principes sæpe excœcare soleat, ut animum humanum planè à se abjiciant, horrendus Ottomannorum Imp. in fratres furor docet. De quibus Busbequius in suo itinera: Constant: nihil, inquit, omninò miserius Turcicorum Imp. filiis, è quibus si quis fratri successit, reliquos inevitabilis morbis necessitas manet. Hoc Amurathis III. ut & Mahumetis III. factum satis demonstrat, cum ille quinque, hic verò quindecim suorum fratrum ignominioso mortis genere sustulerit. Alii Barbari similiter sibi persuasum habuere, non secus ac calx compagnet ædificia, sic sanguinem omnium, qui capaces ad scepra gerenda sunt, consolidare novi Principis dominationem. Ochus Rex Persarum ut sine æmulo regnaret octoginta suorum fratrum, Ismaël Techmasis, omnes quotquot manisci potuit, Pharnaces III. Rex Parthorum triginta, Berdebocus Rex Tartarorum duodecim ex fratribus internecioni dedere. Imò & sacræ literæ nobis exemplum Abimilechis spurii crudelissimum, qui sexaginta novem fratres interemit, suppeditant *jud. 9. v. 5.* Putat quidem *Clapm. 5. d. aro. Rerump. c. 2.* hoc tanquam singulare arcanum & fundamentum Imperii Turcici quodammodo excusandum esse, quod Imp. alia ratione janizaris occasionem rebellandi præscindere non possit, & à gentis illius aliàs ad seditionem proclivis furore nunquam securus foret. Sed cum hæc Diabolica ratio status pugnet cum jure divino & naturæ merito eam Barbaris relinquimus, & gratulamur nobis, quod exulet nostrâ Germaniâ. Videatur *Camer. lib. 1. hor. succis.*

A 2

cap. 88.



cap. 88. Henning. Arnise: avus meus maternus B. M. desideratissimus lib. 2. sect. 9. in princip. & subs. ut & in Doctr. sua polit. cap. 9.

II. Alii quamvis mitiore non tamen meliore animo suos fratres prosequuntur: Æthiopes civili eos afficientes morte, altissimo monte Alverioso Anga conclusos tenent, è quo nulla nisi ad imperium via aut liberatio patet. Caliphæ ex profapia Mahometi in Arabia Reges singulos ex familiâ suâ catenis ferreis vinciebant. Ormi Reges, fratres oculis privabant. Lacedæmonii ultra genitos pari jure cum civibus aliis vivere cogebant, cit. autor. all. loc. add. Besold. 1. diff. nomicop. 5. num. 3. & 5. ut & celeberr. Polyhistor Dn. Herm. Conring. diff. de Regn. & Tyran. thes. 81. & 82. Hisce non incommode hodiernus mos annuerandus, quando post geniti monachismo mancipantur, qui servituti comparatur, & per quem capitis deminutio & suitatis amissio contingit. Springsf. in Tr. d. apan. cap. 4. num. 10. & seqq. Sed æquitas naturalis longe aliud suadet, primogenitum sc. obstructum esse fratribus honorifice ea, quæ ad vitam sustentandam requirantur suppeditare, ita ut alimenta respondeant dignitati personæ: rectissime hinc introductum, ut apanagia cæteris fratribus constituentur. Quam materiam non tantum operosam, ac spinosam, sed etiam abstrusam, ut refert ex Tiraq. Springsf. in præf. d. Tract. pertractandam jam suscipimus, quod dum facimus faxit Dominus noster JESUS CHRISTUS, incujus nomine ad omnia consilia, omnesque actus semper progredimur l. 2. C. pr. de offic. præf. prætor. Afric. ut omnia feliciter succedant.

III. De notatione vocabuli non adeo erimus solliciti ( sit venia quod hic Magnifici nostri Ordinarii Casp. Ziegleri, Preceptoris ac Promotoris mei omni observantia etatem colendi, verba disp. sue de conditio: thes. 7. mea jam faciam ) nec enim eam hic multis examinare multum interest, litens istam remittimus potius ad Grammaticos, gentem alias contentiosam qui vocabulorum anatomias in deliciis habent, qui que felices se putant, sicubi inveniunt, quem ob malè sectum verbulum rodant, quem carpant, quem scutica & flagello persequantur. Itaque sive alii illud ex Græcis πᾶν ἄρτον, vel ἐπιβίοντες, vel ab ἄρτον & ἄρον: sive alii à latino panes ut



ut *Theod. Sprenger. in syn. J. P. c. 10. p. m. 243.* five alii à Germa-  
nico Banno quasi Abbannung/ut *Besold. in thesaur. pr. lit. A. num. 4.*  
*Bets. d. pact. famil. illust. c. 8. p. 333. Franc. Hottom. ad lib. 6. reg. Gall.*  
*Phil. Honorius in relat. d. regn. Gall. p. m. 559.* unde & Principes ab-  
bannagiati obgefundene Herren dicantur, deducant, nos parum  
curamus : videatur, de hisce prolixissime *Springsf. de*  
*apan. c. 1. & Joan. Tilius de reb. Gall. lib. 2. c. de filiis regum &c. pag.*  
*m. 180.* nobis interim *Springsf. derivatio aridet cit. loc. n. 28. &*  
*seqq.* qui illud Gallicum vocabulum putat deductum à Gallico  
pain, quo generaliter victus & amictus denotatur, quamvis eam  
magnopere *Betsius cit. loc. p. 333.* rideat. *Tholozanus* quidem  
*syn. jur. univers. lib. 6. c. 6. n. 23.* novam planè adfert derivatio-  
nem *ceteris*, inquit, *fatribus fiduciario nomine possidenda certares*  
*dabantur, quæ ideo dicuntur data jure avariagii, id est : ut ego inter-*  
*pretor, quod tantundem valerent, quantum pars ipsa regni si illud di-*  
*vidi aut tradi posset, dicunt enim Galli pair ac Latini par, & vocant*  
*apparier equare, paria facere; sed illa derivatio cum natura Apa-*  
*nagii pugnat : quippe ultrageniti non æqualem partem cum*  
*primogenito accipiunt, & per modum provisionis non divisio-*  
*nis, hoc, quicquid accipiunt illis attribuitur. Optime Tilius*  
*hic all. loc. ideoque, dicit, hæc assignatio non appellatur pars quasi do-*  
*minatus esset, & certa debita partis proprietatis, sed appennagium.*

IV. Non minus circa incunabula hujus vocabuli va-  
riant *Dd.* quando scilicet usu cœperit apud Gallos. Certe  
cum in prima & secunda familia Merovingiana & Carolina o-  
mnes ex æquo succederent, ita ut nec nothi excluderentur, *Te-*  
*stante Tilio all. loc. v. m. 174.* neque res ipsa, neque vocabulum in  
hac significatione apud eos in usu fuit. Interim primogenitum  
in antiquo regno Franciæ nullam plane prærogativam habuif-  
se non asserere audeo, præsertim cum viri doctissimi regnum  
successivum fuisse, jusque primogenituræ in eo viguisse, velint.  
*Gold. de major. lib. 3. c. 11. B. avus Arnif. de rep. lib. 2. cap. 2. f. 4. n. 55.*  
*& seq. n. 106. & 6. 6. f. 5. n. 7. & 16. Bets. d. Pact. fam. Ill. cap. 7. pag. 319.*  
Nam si Historicorum monum enta introspicimus, patebit pri-  
mogenito ex Regis filiis primam sedem, authoritatem quan-  
dam, & observantiam, fuisse debitam. Sic, quod notatu di-  
gnum, seniori semper regnum Franciæ orientale in Germaniâ,



nempe Austria, vel ut alii Austrasia; tanquam verum & originale patrimonium fuit adjudicatum, & ita Caroli Martelli filiorum primogenitus Carolomannus; Pipini primogenitus Carolomannus II. Caroli M. Carolus, Ludovici Pii Lotharius, hanc Austriam unà cum Rom. Imperio regendam accepere, ut putat *Gald. all. loc. n. 9.* In tertia tandem familia Capetorum, quæ hodiernam fortunatissima scepra Gallia tenet, statim soli primogenito scepra oblata, jusque apanagiandi ultra genitos institutum, idq; ut *Tholoz. refert in syntag. jur. univers. cap. 3. lib. 45. num. 5.* urgente necessitate. Hinc quidam nihil certi statuentes, sub finem secundæ familiæ originem hujus consuetudinis in Gallia ponunt, Besold. ad Hugonem minorem seu Capetum secundæ familiæ caput illud trahit. *Arnif.* vero hoc hujus filio Roberto adscribit *lib. 2. cap. 2. f. 8. n. 37. in fin. Springsf.* quidem *all. loc. n. 50.* hoc sub Capeto in regno Franciæ cœpisse dicit, quod ex Arresto ann. 1285. probat. Numero vero 23. hoc Balduino Comiti Flandriæ adscribit, qui in Græcia nobilibus suis primum dicatur constituisse apanagia. Licet verò hoc concederemus, tamen plane diverso & alio significato hunc Comitem usurpasse hoc vocabulum quis non videt?

V. Cum autem necesse sit in omni negotio ad fundamentum & originem uniuscujusque rei recurrere *l. 1. §. 2. ff. d. O. j.* ante omnia jus primogenituræ altius introspectendum, ne hoc collapsio & de Apanagio actum sit, quod in juris primogenituræ æquitate consistit. Deus T. O. M. ex summa liberalitate non solum protoplastis illis duobus totum terrarum orbem quod patet ex *Gen. 1. vers. 28. 29. 30.* dono obrulit, quæ donatio Noacho rursus post diluviana tempora, *Gen. 9. vers. 1. §. 2.* renovata fuit, sed etiam horum liberis & posteris jus utendi terrarum orbe concessit, adeo ut hoc jus suum, patre etiam nihil eis assignante exercere potuerint, quod ex ipsa traditionis formula, *subjicite terram &c.* satis elucet, & quæso cui bono tam vastissima terrarum moles, tantus omnium rerum uberrimus proventus productus fuisset? Si non & hos & omnes posteros respexisset liberalitas divina. Abel etiam & Cain nobis exemplo possunt esse, quos de suis sacrificasse Deo legimus; quam vis

Sam.



*Sam. Pufend. Elem. juris p. lib. 1. defen. 5. §. 17. hoc ex merâ saltem & liberrimâ donatione sui Patris habuisse, falso putet. Videmus itaque simul hinc, non viguisse in primis mundi incunabulis communionem quandam omnium rerum inter homines positivam, ut comm. Dd. opinantur. Naturalis siquidem ratio satis superque dicitur, sive quis rem mobilem occupavit, sive etiam agrum coluit, improbe ab altero illius usus communionem peti, quia res non suâ sed alterius industriâ laboreq; acquisita; præprimis cum non solum natura æque ut in subsequentibus seculis depravata, nullam talem communionem fuisse, sed & ipsissima verba Gen. 1. & 9. replete terram & subjicite eam &c. hoc satis probent. Dn. Strauch. in dissert. de imp. maris per tot: c. 1. Excell. Praeses in disp. de propriet. rerum. th. 5. & seqq. ut & in præl. publ. ad dissert. 6. Strauch. imo donatio à Deo, etiam filiis Noë simul facta. Gen. 9. vers. 1. Res interim hæcenus à nemine possessas nec proprias factas, aliquem jure primis temporibus occupare potuisse dubium non est. Postquam verò in immensum genus humanum auctum, perque omnes mundi angulos diffusum, ita ut vix locus inveniatur, qui non proprius factus, recens natis non alia alimenta constituere possumus nisi ex patrimonio parentum ex quorum sanguine procreati sunt, videatur nobiliss. Dominus Praeses Praceptor meus in aeternum de venerandus in disp. dict. th. 7. 18. & seqq. cujus verba in thesi 20. hæc sunt: jus, quod ad orbem terrarum ex divinâ traditione recens natis competit, in bonis parentum primarium effectum sortitur, & ex illis alimenta liberis vindicat, pro modo nempe facultatum eorum, ut divus Pius rescripsit in L. 5. §. 7. d. agn. vel al. liber. Unde est, quod Imp. Arc. & Hon. in l. 3. C. quor. Bon. ipsam legem naturæ liberos in bonis parentum successores facere perhibent, quibus jus naturale per rectam rationem sicut brutis per inclinationes innatas dicitur & per naturales stimulos ad liberorum suorum educationem hortatur l. unc. §. 1. C. de rei uxor. act. l. 8. §. 5. d. bon. quæ lib. B. avus. l. 1. De Rep. c. 4. §. 4. n. 13. & seq. Harpr. ad. tit. Inst. de success. ab in. n. 50. cum aliàs improvide satis ageret natura, si unice in formando homine nudo occupata esset, nec de alimentis sine quibus vita sustentari nequit, prospiceret: non immeritò igitur inter homicidas Paulus J Cras eos*

eos



eos condemnat, qui liberis alimentum denegant l. 4. de agn. vel  
alend. liber.

VI. Grotius hinc lib. 2. de J. B. & P. c. 7. n. 4. quare qui causa  
est, inquit, ut homo existat, is quantum in se est, & quantum necesse  
est, prospicere ei debet, de his, quæ ad vitam humanam, id est; naturalem  
ac socialem, nam ad eam natus est homo, sunt necessaria, præsertim  
cum ut liberi (sunt verba Excellentiss. Præsidis in all. diff. th. 22.)  
parentum suorum locum in societate civili post obitum illorum repræ-  
sentent, natura ipsa dum genus humanum ex se deficiens per recentem  
aliorum nativitatem reparat, & ab interitu conservat, velle videtur.  
Et hoc est quod Callistr. J. C. in l. 226. d. V. S. dicit, idcirco filios  
filiasque concipimus atque edimus, ut ex prole eorum earumque diu-  
ternitatis nobis memoriam in ævum relinquamus. Quam rationem  
& Arist. 1. Oecon. 3. affert. Hoc autem alio modo assequi non pos-  
sumus nisi illud quod natum, continuâ nutritione conservetur  
aliàs denasci properat & suo impetu ad principia revolvitur.  
Quod si hic etiam descendamus ad præsumptam morientis vo-  
luntatem (sicut alias in genere id quisque voluisse creda-  
tur, quod æquissimum & honestissimum, & quod Grot. all. loc.  
th. 11. addit quod lex & mos populi habet) credibile certe non  
est, eum eâ mente fuisse, ut post mortem suam sua bona unicui-  
que occupanti cederent, sed potius charissimo, qui præsumi-  
tur is esse quem nemo capax successionis antecedit l. 2. §. 2. & 4.  
d. suis & legit: hanc præsumptionem Grot. all. loc. th. 3. fun-  
damentum totius successionis ab intestato perhibet, Ipse J. C. in  
Paulus etiam in l. 7. de bon. damn. & l. 8. §. 1. d. jur. Cod.  
hanc præsumptionem innuit. Excell. Struve in synt. jurispr. Ex-  
erc. 10. th. 7. imò Grot. in th. 5. eam eo extendit, quod credantur  
parentes liberis non tantum de necessariis; sed & de his, quæ  
ad vitam suavius honestiusque transigendam pertinent, quam  
uberrimè voluisse prospectum.

VII. Ex hisce igitur satis superque probatum dedimus,  
parentum bona liberis competere, & exiis alimenta ipsis debe-  
ri, an autem inde sequatur omnes æqualiter debere succedere  
in iis, ipsi dubitamus: Interim & hoc, interpretatos, & mino-  
res familias, in quibus non adeo vertitur salus Reipub: æquali-  
tas naturalis syadet. Etenim in naturâ pari non debent statui

con-



disparia & æqualiter tractandi sunt, quos æquales ipsa natura fecit, qui communem ortum, communes parentes, commune domicilium habent, qui æquè sunt partes parentum, exque eodem sanguine progeniti, cur non & illi ex æquo succederent in bonis parentum? cum per naturam in singulis filiis pater representetur. Egregia certè sunt verba imp. Leonis in Nov. 19. *Quin imo nec illud consentaneum est, ut parentes iis qui pariter ex ipsis nati sunt, non parem curam adhibeant, neque æqualiter ipsorum vitam prospiciant, &c. & paulò post cæterum æquum est, ut quemadmodum omnibus liberis ex æquo vitam impertiti sunt, ita etiam ad hanc facultates impertiantur.* Et hanc ob rationem Baldus in l. sed eo de leg. 1. jus de successione primogeniti damnat. Aliam rationem Justin. in l. 6. §. 2. in fin. C. d. bon. qualib. affert, quare æqualiter liberi debeant succedere, ut scil. in omni pace successio inter eos permaneat, nec altercationis cujusdam oriatur occasio, præprimis cum alias secundum tritum illud: Fratrum concordia rara sit. Leges itaque nostræ civiles hac in parte æqualitatem justitiæ matrem sequuntur, hæreditatem inter liberos æqualiter distribuentes, quod infinitis textibus nisi per se satis manifestum demonstrari posset vid. l. 17. 20. C. d. collat. l. 11. 21. C. fam. herc. l. 32. ff. eod. Unde & Imperator noster Justinianus removit omnem sexus, suitatis, & emancipationis differentiam, quæ olim obtinuit Zoef. ad tit. ff. de suis & legit. n. 5. Ant. Peretz. ad tit. Cod. eund. n. 3. 4. Ita ut liberi qui sui & necessarii hæredes sunt, vel hæredes institucendi vel ex hæredandi. Peretz. ad tit. C. d. lib. præter. & ex her. n. 1. nullius alias momenti est testamentum, si præteriti sunt. l. 1. d. inj. rupt. l. 30. d. lib. & post. her. §. 1. inst. de ex her. liber. rationes elegantissime exsecutus est, Tholoz. synt. j. Univ. l. 44. c. 2. n. 23. & 24. Strauch. diff. 11. th. 3. emancipati autem testamentum per bon. poss. cont. tab. evertunt: si sint præteriti posthumi etiam nullum faciunt per No. 15. c. 3. l. 4. C. de liber. præter. §. 5. inst. d. Exh. liber. qui & hodie exhæredari non possunt. Aliud tamen de jure veteri observatum fuisse videtur. Magnif. Rect. Dominus Klengel in prælect. ad Cujaci, π. in tit. ff. d. in off. testam.

II X. Sed juris publici ratio successiones in principatibus non metitur jure communi vulgari, sed singulari, hinc etiam diversum succedendi modum præcipit. Cum ratio successio- nis hic non ex utilitate aliquâ privatâ accersenda, siquidem in

B

pri-



privatorum hereditatum divisione, nihil amplius spectatur, quam quod æquitas natiuitatis & fratrum concordia, ut supra diximus, videtur suadere. In successione vero Principum caput deliberationis debet esse salus Reipubl. quæ ante omnia introspectenda, cuique privata teste *Cicer. 3. offic. in prin.* ubique cedit, cum cadente Reipubl. nequaquam stare incolumes res privatae possint. *Omnis enim administratio civilis, omnisque Respub. populi salutem respicit. Hinc justum est omne, quod pro illa salute facit: injustum quod illi officit, inquit, Celeberr. Conring. disp. de regn. & Tyr. th. 79.* quæ tamen sententia merito limitanda: nisi pugnat cum dictamine rectæ rationis jureque divino. Et hoc est quod Lævinus Consul apud *Liv. l. 26. in fin.* dicit. Ita comparatum esse cum civitate, ut publica perdendo tua nequaquam serues, videatur *B. A. Arnif. de Republ. l. 2. c. 1. s. 3. n. 26.* Hic igitur diversus modus succedendi, quando scilicet unus, & imprimis primogenitus succedit, non potest propter rationes in th. priori allegatas damnari; quoniam jus morale nihil aliud quam alimentum liberis ex bonis paternis assignat. vid. th. 30. Hujus itaque juris putativam iniquitatem pensior utilitas & majoris ponderis ratio excusat; sicut enim usucapio idcirco irrationabilis censenda non est, quod eripiat res suas possessori & Domino, posterior enim potiorque ratio tollit priorem minoremque vid. *Elegantissime Magnif. Tabor: in juris sp. element. part. 2. th. 20. m. p. 58. & seqq. subtiliss. Dn. Strauch. Præceptor quondam meus & Professor Jenens. celeberr. Dissert. 8. th. 3.* Sic & sexcentas possem differentias proferre, ubi à privatis ad publica nulla valeret consequentia, aliquas vid. apud *Arnif. c. 2. l. 2. s. 10. & seqq.* & in tantum utilitas publica suprema lex esse debet, ut & Princeps, ni alias Tyrannus audire velit, omnia ad salutem & commodum subditorum administrare cogatur. *Lud. Rodolph. de Sabolonetta in tract. de suprem. & absol. princ. potest. c. 1. Nobilissimus Dominus Klengel, in disp. sua de jure limitum th. 45.* quamvis itaque possit in causa publicæ salutis subditorum bona auferre, jure tamen tenetur, ut ex publico refarciendum curet damnum, quod publicæ rei causa alter percepit *l. 13. s. 1. ff. comm. prad. tam. urb. & c.* inter æquales enim æqualitas servanda *Excell. Dn. Præses in d. disp. th. 24.* ubi contra dominium super eminentem revera operculum Tyrannicum disputat. add. *B. A. meus Arnif. de Republ. c. 2. l. 2. sect.*



sect. 7. n. 12. & in lib. de jur. Majest. 3. c. 1. Hippol. à coll. in suo princ.  
cap. 1.

IX. Videmus itaque regna non dividi ad instar prædiorum privatorum, cum indivisibilitatem ament: Sive regna ab initio vi cœperint, sive ex consensu & voluntate populi, quod posterius præsumendum putamus, quamvis multi in contraria sint opinione, ut *Tholoz. l. 5. de Republ. c. 3. n. 4. Bodinus. 2. de rebubl. 22. & lib. 4. c. 1.* qui ob unius Nimrodi exemplum regna vi cœpisse vult: cum tamen videatur natura hominibus in prima statim societate, quæ domestica est, tale gubernationis exemplar præscripsisse. Et sua etiam voluntate in principio sibi homines præfecerunt optimos quosque, ex universis civibus justitiæ fruendæ causa, quando vel 300. annos ante Nimrodum omnis multitudo, Noæ filios supra se duces habuit, qui præsidebant ut magni patres fam. ad instar Regum; jus enim vitæ & necis exercebant *Gen. 38.* bellis finitimorum injurias propellebant, *Gen. 14.* nemini nisi Deo summo subjecti *Gen. 21. & 34.* postremo itaque eodem animo familias auctiores commutarunt in voluntaria regna, procul enim omni violentia solius naturæ impulsu pia vetustas sequebatur, *Magnif. Zieglerus in Exer. 2. circa Regici: Anglic. p. 49.* Et hoc non solum conjecturâ quædam sed ex *Gen. 25. & 36.* expresse probatur. Quamvis non negaverim, plurimis deinde imperiis cupiditatem regnandi & hinc vim & arma initium dedisse, quæ tamen idcirco æq; naturam regni amant sequi, & unitatem; utpote sine qua non possunt bene esse Respubl.

X. Omni siquidem principatui desiderabilis est tranquillitas, idcirco præsumendum populum, cum sibi Regem statuit, id voluisse, quod maxime toti societati expedit, hinc ergo Princeps sine consensu societatis eam dividere non potest, nam societatem destruit dividendo in societates, *Celeberr. Dn. Preses in præl. ad syn. j. P. Beck. c. 4. lib. 3. n. 7. & c. 7. l. 3. n. 7.* Præprimis cum per divisionem regna dimembrentur, diminuuntur, & ad destructionem deducantur. Virtus siquidem unita, ut Philosophus ait, fortior est dispersa, cum omnis dualitas ad destructionem subjecti, unitas verò ad conservationem ejusdem ordinetur: & ipse Salvator hoc *Luc. 11. v. 17.* testatur: *Omne regnum, inquit, in se divisum desolabitur, quod verissimum: nam ita*

B 2

atte.



attenuantur, ut aut plane intercidant, aut hostibus & vicinis resistere nequeant, aut à Principibus ipsis exhaustæ sub onere exactionum deficient. Ipse Jctus in l. 2. §. 9. d. O. j. hoc perpendens, de necessitate fuisse perhibet, ut per unum duntaxat imperio Rom: consuleretur. Alterum Dd. argumentum, à conservando splendore familiæ ductum est. Zoës. ad tit. ff. de suis & legit. n. 14. ut & Ant. Peretz. eod. tit. C. n. 10. In familiis quippe illustribus ob multas rationes prægnantiores Splendor familiæ quærendus, si enim Ulpianus in l. 1. §. 13. de ventre inspici. publice interesse putat, ut ordinum dignitas familiarumque salva sit, quanto magis publice intererit, ut publicis familiis sua constet integritas, quod maxima inde utilitas in Rempubl. redundat. Et quomodo repetita sapissimè bonorum divisione, pro dignitate statum & conditionem tuebuntur? Cum diminutio bonorum inducat etiam diminutionem dignitatis; conservatio verò bonorum, etiam conservationem honoris & dignitatis. Quotidiana siquidem experientia testatur, tantam ex divisione principatum familiæ fieri obscuracionem, ut accedente temporum serie & multiplicatione, prolis posterius Duces audiant absque Ducatu, Marchiones absque Marchionatu. Springsf. c. 10. de apan. n. 5. & hinc sacratissima Majestatis nomina plane vilescunt arg. l. 2. C. quando & quibus quarta pars Admonuit quo circa sapientissimus Jacobus I. M. Brit. Rex suum filium Henricum, ne regna cum fratribus divideret sed sibi ea reservaret unita, neque fratres sibi pares, sed inferiores & subditos haberet Betsf. de Pact. Fam. Ill. c. 8. p. 527. Idem Ferd. 2. Imp. in confirmatione superstatuto juris primogenituræ Landgraviorum Hassiæ Anno 1628. concessa hisce verbis ostendit: und zu auffnehmen und Wolfart Land und Leute / fürnemlich auch zu unsern / unserer Nachkommen und des H. Reichs frommen und besten. Hinc Gail. 2. obs. 153. n. 3. Divisio non tantum familiis, inquit, sed imperio quoque damnosa est, variatur enim matricula Imperii aut saltem pensitationes & exactiones collectarum incerta redduntur toties mutatis rerum possessoribus, ita ut præter nudum dignitatis titulum & nomen vix aliquid reliquum sit. arg. l. 7. pr. com. divid.

XI. Vident ergo dissentientes, quam debiles eorum argumentatiunculæ sint, regnum nempe prolixissimorum fini-

um



um commode partitionem pari exemplo Ludovici Pii, qui imperium inter tres filios distribuit, cum nihil sit adeo magnum, quod, si per plures dividatur partes, non fiat quasi nihil *Guilh. de Monferat. in Tract. de success. Reg. Gall. lib. 1. c. 2. n. 2.* & si in regno tot creberrimæ subdivisiones fierent, tot pene evaderent Comituculi & Marchionuculi, quot sunt subditi *ut ex Menochio. Georg. Theodor. Dietrichs in comm. ad A. B. ad tit. 24. refert. Clariss. Herm. Conring. in diss. de regno & Tyrann. th. 79. illustrissim: autor Tract. Wie ein Fürstlich Hauß zu erhalten / quem exhibet Besold. diss. 5. nomic. l. 1. in fin: Daß sie zuletzt nicht Grafen- Stand / sondern auch nicht Freyherrn oder Edelleute Stand führen können.* Et satis annales testantur per divisionem omnia regna & imperia etiam maxima in prædam venisse, quæ sola unitate infracta steterunt, & si instituti ratio id admitteret, per singula regna hoc facile demonstrare possemus, interim *B. A. Arnif. hoc satis egregie executus est. l. 2. c. 2. f. 7. n. 14. & seqq.* Rom. certe Imperium non prius ad ruinam spectavit, quam divisione in orientem & occidentem facta. Et nihil aliud debilitasse Rom. Germanicum imperium quam modo dictam Ludovici Pii in liberos suos factam divisionem *Joh. Theod. Spreng. in syn. juris publ. c. 9. p. m. 242.* asserit. De regno Franc. testatur *Til. l. 2. de rebus Gall.* quod si jus apanagii, quod hodie usitatum est in Gallia observatum fuisset à tempore Carol. M. Francorum Imperium suffecisse debellando orbi. De Germania *Alb. Crantz. in Wand. l. 8. c. 11.* itidem perhibet, si principatus per eam in divisi manerent, longe formidabilior esset virtus ejus, quam sit modo, quum multis partibus sit dimembrata. *Plutar. in Phil.* exemplo fluvii in plures rivulos deducti aperit causam, quam obrem civitates Achajæ à se invicem separatae nec se ab aliorum injuriis defendere, nec pomaria sua ultra oppida proferre potuerint. Hinc *Magnif. Reink. l. 1. de R. S. & E. clas. 4. v. 17. n. 32.* refert, hanc ob causam in quibusdam Ducatibus familias inter se utiliter jus primogenituræ introduxissent. Putant quidem, simul omnes ad imperium vocari posse; sed cum constet communionem discordias gignere, & contentionum matrem fecundam esse. *l. 77. §. 20. de leg. 2. l. 26. d. S. P. V.* merito & hoc improbamus: Exempla hujus rei apud historicos adeo obvia sunt, adeo fre-



quentia, ut qui numerare ea saltem vellet ac enarrare, principium magis quam finem reperturus sit *Herm. Conring. diff. de morbo ac mut. Rerum publ. th. 63.* Cætera si quæ sunt obstacula facile revellimus, si modo perpendamus, diversam formam imperiorum, diversum modum regnandi desiderare. Ante omnia autem monemus nostram sententiam non eo delabi, quasi inevitabilem necessitatem demonstrare velimus, rem se aliter habere non posse, sed quod hic modus succedendi in regnis convenientissimus sit naturali rationi, multoque convenientior, quam ubi non viget, præsertim cum & jus divinum & mores gentium idem hoc svadeant.

XII. Transeamus itaque ad jus divinum, cum & juris studiosis sacras literas indagare conducatur, uti multis probat *Magnif. noster Ziegler. in suo ad l. unic. C. de bapt. non iter. tr. th. 1. 2. 3. 4. & seqq.* Scil. jus omne vel divinum vel humanum est: jus autem divinum non incommode duplex Dd. faciunt, alterum naturale (quod & Gentium appellatur, quatenus id, quod ratio naturalis dicitur, Gentes observant: ) alterum positivum. *Dn. Strauch. diff. ad jus just. 1. th. 4.* jus naturale seu gentium in §. 1. j. d. j. N. G. & C. dicitur, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit puta præcipiendo vel vetando. Quod enim omnes gentes observant non aliunde quam à natura est, consensusq; omnium Gentium lex naturæ putanda est, ut inquit *Magnus Grot. in proleg.* Cui nō adversatur, quod multas apud Gentes, imò sæpè moratiores contra jus naturæ aliquid receptū forte sit: hoc enim potius pravæ educationi & publicæ peccandi consuetudini ad scribendum, quæ ingenitum lumen naturæ quasi obfuscarunt & obnubilarunt, unde & Deus legem naturæ quasi peccandi consuetudine oppressam in monte Sinai repetiit. Non quasi non maneret lex cordibus hominum inscripta, sed tantum firmiori sanctione stabilivit *Conring. in diff. de LL.* conscientia enim tanquam vinculum inter Deum & homines unum quemque ad bonum faciendum malumque omittendum propellit; unde etiam non magis mutari & tolli potest, quam ipse Deus: quamvis res de qua jus naturale constituit, mutetur aliquan-



liquando, ut inquit Celeberr. Grot. aut si applicetur jus hoc singularibus propter circumstantias quandoque ex accidenti mutationem recipiat, ut vult *Feld. in Grot. ad l. 1. c. 1. §. 10.* sed hoc casu jus reverâ non mutatur, verum objecto mutato aliisve circumstantiis positis, quod antea jus fuit, amplius esse non potest: Probè autem notandum præcepta juris naturæ seu Gentium vel principia esse, quorum veritas absque longe repetito discursu patet, quamprimum modo termini sint noti: vel conclusiones, quæ rursus vel per consequentiam necessariam facilius sive difficilius aliquantum; vel probabilem tantum per modum arbitrariæ determinationis deducuntur, pro vario scilicet Rerumpubl. & circumstantiarum moderamine; Ita ut ad ea magis inclinent, quæ honestiora convenientioraque sunt naturali rationi, etsi non debita, ut hâc ratione vix præceptorum nomen tueantur, & huc referimus illud jus G. de quo *in §. 2. j. d. j. N. G. & C. agit Imp. vid. Franz. ad ff. de j. & j. n. 127.* & si verum fateri volumus, non possumus negare nostros juris compilatores vocabulis juris Gentium & juris naturalis diversimode usos esse. In §. enim *all. 2.* jus G. dicitur quod omni humano generi commune est; sed hoc reverâ jus naturale est ut supra audivimus, cum tale jus commune omnibus non possit aliunde, nisi ex dictamine rectæ rationis fluere, in fine vero illius §. jus quoddam naturale describitur, quod obtinisset in statu naturæ, cui opponitur jus, quod factum hominum prævium supponit & tunc si à pluribus gentibus idem observatum reperitur dicitur jus G. si verò ab unicâ civitate, jus civile, sed in tali significatione sumptum jus G. ad sui observantiam non obligat, nisi quatenus à rectâ ratione vel est præceptum, vel à civili magistratu approbatum *Nobiliss. Præses in disp. 2. ad inst. th. 14. & seqq.* Præsumptio enim semper militat, tale jus non sine rationis dictamine esse introductum. Hinc rectam rationem sui juris G. fundamentum omnes uno ore etiam statuunt; Et rectè, si enim non esset, nec obligativam vim aliunde haberet, (namque illud jus, quod apud unam vel alteram gentem receptum aliæ etiam gentes apud se introduxerunt, merum jus civile est, cum pro lubitu id rursus abrogare possint,) nisi vellemus ad fabulosum illud Grotii principium confugere: gentes primitus ad hoc jus  
con-



constituendum confluisse: sed de eo omnes Scriptores & præ-  
primis Sacra Scriptura tacet, quæ tamen de re tam ardua forte  
non tacuisset, imo perturbatio illa linguarum contrarium poti-  
us probat: accedit quod & probandum sic prius esset hunc vel  
illum populum consensisse, antequam demonstrare possem eos  
in tale jus G. peccasse. Sed ulteriorem hujus nostræ sententiæ ex-  
plicationem discursui reservabimus: interim jus primogenitu-  
ræ tali juri naturali seu Gentium convenire, perque consequen-  
tiam probabilem ex eo deduci posse non dubitamus.

XIII. Non autem hic illorum sententiam defendendam  
suscipiam quasi quoddam juris naturalis principium sit, quo-  
niam & bruta per stimulos sibi innatos hoc observant, ut foetus  
primogenitos charius ament. *Arist. 6. Histor. anim. c. 18.* utpote Ele-  
phantes, porci, canes, qui primis in lucem prodeuntibus tan-  
quam omnium sibi charissimis primas mammæ præbent. *Ælian.  
lib. 3. de natur. anim. idem & de cuniculis Gold. l. 1. c. 15. n. 4.* probat,  
quod soleant primo nascenti pinguiorem mammam præbere.  
*Tholoz. synt. J. V. lib. 41. c. 34.* idem itaque de homine perhibet, *na-  
tura*, inquit, *patres plus diligunt primogenitos, 2. Reg. 13. velut primas  
sui imagines, & acerbior imò supremus luctus primogeniti & unigeniti  
Exod. 11. Zach. 12.* Ac quamplurimos gravissimos viros *Gold. re-  
censet*, qui ex jure naturali hoc jus deducant, in qua opinione &  
ipse est, hinc in *lib. 3. c. 1. n. 3. fundamentum*, ait, *& principium certum,  
in quo omnium gentium consensus unanimes jus illud ponat, alibi quære-  
re, quàm in ipsa natura, qua cunctas gentes in hunc unanimes consen-  
sum produxit, ut primogenitum filium ad possessionem vacantis heredi-  
tatis vocarent, per mihi videtur absurdum.* Consentientem & *Ruip.  
de fidei comm. F. N. c. 6. n. 91.* habet: præcipuè autem hi se in eo fun-  
dant, quod natura videatur præcipere, ut majores natu impe-  
rent, præfint, dominantur, juniores serviant, subsint, obædiant.

XIV. *Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 7. n. 17.* natu majorem ex alio  
fundamento præferendum putat, quod is judicio aut perfectior  
jam sit, aut prius futurus credatur, idem & *Arist. 1. Pol. 8.* præsu-  
mit, eum maturitate sensus præstantiorem, & hinc rerum expe-  
rientia doctiorem eoque nomine sapientiorem esse: verum nec  
hanc rationem firmiter concludere facile ex eo apparet, quod  
sapif-



sapissimè eveniat ultra genitos prudentia & virtute longè primogenitum superare. Quamvis & celeberr. Conringius in *Disp. de regno & Tyr.* eandem rationem afferat *ib. 77.* melior tamen est illa, quam subjicit: quod si non primogenitus succederet, in incerto esset successio & obnoxia certaminibus. Nos præsupponendum putamus, unum tantum ex liberis succedere in regno debere, & hoc præsupposito, primogenitum præferimus ex eo, quod ætate prior sit, hinc etiam potior jure *c. 54. de R. 7. in 6.* cum in unaquaque Republica ordo sit servandus. Prius autem verè & propriè hinc sumimus, ita ut major natu ejusdem gradus & qualitatis præferatur cæteris ejusdem gradus & qualitatis, *B. Auz. l. 2. c. 2. §. 8. n. 81.* & hoc supputandum à puncto nativitatis, quod illi est magis adjunctum, honor enim ætatis non in canis solum consistit annorumq; multitudine, sed in quacunque nativitatis prioritate, nec sacra tantummodo senectuti, verum cuivis puberi seu pubertati proximo, ab impuberibus, summatim omnibus senioribus à junioribus debetur *Gold. l. 1. c. 3. in fin. & l. 1. c. 1. n. 8. juven. satyr. 13.* venustè hinc canit:

*Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,  
Primaq; paradeo sacra lanugo senectæ.*

Non jam hinc excurram in ætatis observantiam & præeminentiam, cum ut Chilo, unus ex septem sapientibus, sapienter dixit: *κατὰ πρεσβυτέτην τιμῆται μάλλον*, qui major natu sit, honoratior est, & in eo totus *Gold.* in suo majoratu per *lib. 1.* ut hoc ostendat *Rutps.* etiam *cit. tract. cap. 6. num. 300.* ex *Tiraq.* quinquaginta majoribus natu debitas prærogativas recenset, & de jure etiam civili majorem ætate præferri minori ex multis textibus potest probari *l. 5. ff. de jur. immun. l. 1. pr. de abo. scrib.* memorabile exemplum de Aladino Osmani Turcarum Imper. secundo genito refertur, quod cum rogaretur à fratre Urchane ut principatum susciperet, nequit hoc fieri subjecit, quoniam regium tibi jus dignitasq; tribuitur, qui & frater natu major & patris mihi sis loco *Joh. Leonclav. lib. 4. Hist. Muselm. Besold. lib. 1. Diss. nomicop. 5.* simile factum de Udalrico Duce Gradecensi in Bohemia refertur. Ex singulari fonte Jacobus Patriarcha *Gen. 49. v. 3.* fundamentum juris primogenituræ haurit, quod & *Deut. 21. v. 17.* ipse Deus repetit. Prærogativam scil. primogenito exinde de-

C

beri,



beri, quod primum robur parentum primaq; virtus sit. Sed quid si quis objiciat, in privatis familiis eadem rationes pugnare: factemur hoc. Sed in publicis aliquid majus accedit, cum quasi de necessitate hic tantum unus ad imperii & regni gubernacula sit admittendus; quia individuus principatus regulariter debet esse, & hinc ille, qui quasi primo loco occupavit locum vacuum sibi jus vetustius acquisivit in successione, quam subsequentes fratres. accuratè nobiliss. *Dn. Praeses in lect. suis priv. ad syn. juris publ. Becker. ad lib. 3. c. 8. n. 2.*

XV. Diximus in priori thesi, jus divinum esse vel jus naturale, vel jus positivum. In juris itaque positivi, ut & morum Ebraeorum indagine, primum & longè præ aliorum omnium, qui ante Christianismum florere, institutis moribusque, id quod receptum seu præscriptum fuerit apud populum Numini ipsi olim peculiarem *Exod. 19. v. 5.* ac sanctissimum *Deut. 7. v. 6.* perscrutandum, subtiliusq; intuemum est. Hoc autem jus, quoniam soli populo Hebræo latum eos tantum nec alios obligat. Non enim omni lege Mosaicâ Gentes obligantur, sed eâ tantum, quæ moralis est, quippe quæ perpetua est, & nunquam interitura. Verba sunt *Magnif. nostri Ord. in prælect. suis priv. ad instit. Lancell. 7. Can. de decim. §. explicabo ipsum &c.* Et in *Disp. 3. de jur. Majest. th. 39. 40. & seqq.* Hoc tamen inde concludere possumus jura illa non pugnare cum jure naturali, sed potius ei convenientissima esse, cum omnia legis Mosaicæ præcepta, ut inquit *Celeberr. Conring. in diff. de polit. Ebræo th. 71.* vim quadantenus habuerint juris naturalis. Id quod gloriatur Moses *Deut. 4. v. 7.* nullam gentem tam magnam esse, cui sint statuta & judicia justa, sicut omnis lex ista; & *Psalmo-graphus Psalm. 147.* indicat Deus verba sua Jacobo, constitutiones ac jura sua Israhæli, non ita fecit genti ulli adeo jura ista non noverunt, plura vid. apud *Magnum Hug. Grot. lib. 1. c. 1. th. 16. de J. B. & P.* Non jam hinc recurrat ad illa præcepta, seu interdicta Noachidarum, ad quæ subtilissimus alias *Seldenus* totum suum opus de jure N. & G. direxit, his autem in *lib. 1. c. 1. p. 10.* verbis utitur: *Video imprimis esse animadvertendum apud Ebræos præter Mosaicâ instituta veterisq; fœderis disciplinam sub Mose inchoatam, quam sibi faciunt ipsi hereditatem propriam Deut. 33. v. 4.* (unde tam Mahumedani quàm Christiani, ut gentiles taceamus, quamplurima suis aptarunt) fuisse juris morumq; præcepta.



cepta singularia, scripto seu literis ipsis, nedum Mose antiquiorem multa  
sortita originem, ac partim Mosaicis similia, partim dissimilia multoq;  
pauciora. Adq; hac tantum universum genus humanum reliquum, popu-  
losq; ceteros cunctos obligari ipsos voluisse, uti ad juris naturalis officia  
à mortaliū nemine violanda. Haecenus Seld. qui cum communi  
Rabbinorum schola 7. illa praecepta facit: np. (1) de judiciis. (2) de  
non colendo idola. (3) de maledictione nominis sanctissimi.  
(4) de effusione sanguinis. (5) de revelatione turpitudinum,  
(6) de furto & rapina. (7) de membro animalis viventis non e-  
dendo. His septem praeceptis, alii plura addunt, & inter illa no-  
strum jus primogenituræ, ut Aug. Varenius in proem. tract. de pri-  
mog: eorumq; jure in V. T. Verum cum illa, quæ de septem praeceptis  
circumferuntur, cum veritate sacrarum literarum pugnent, de  
quo Maximè Rever. Calovius in annot. ad Hug. Grot. Exod. c. 15. v. 16.  
Et Consultiss. Præses in dict. ad syn. Becker. lib. 3. c. 4. n. 19. nec illud  
de jure primogenituræ à Deo ipso ante constitutionem Reipu-  
blicæ Israëliticæ jussum esse certis argumentis probari possit, mis-  
sâ hæc meritò facimus. Interim tamen, quoniam in orbis terra-  
rum primordiis, & præsertim ante promulgationem Decalogi  
hujus juris primogenituræ mentio fit, non obscure inde colli-  
gimus, prærogativam primogenito debitam juri naturæ conve-  
nientissimam esse, nec esse juris Israëlitici tantum, cum in Rube-  
no tempore Patriarchæ Jacobi jam floruerit, contra autem di-  
ctamen juris moralis plerasq; gentes & præprimis in infantia  
mundi suscepisse aliquos mores facile non est putandum, Nobiliss.  
Dn. Præses in priv. discurs. ad synop. Jur. Publ. Beckeri lib. 3. c. 4. n. 7. Vi-  
deatur etiam omninò de hisce Spectabilis Dn. Nerger Præceptor ac  
Promotor meus colendis in priv. suis dict. ad disp. 6. Feud. Snobel. th. 8.

XVI. Tres autem præcipuas dignitates seu præeminen-  
tias primogenito debitas in sacris literis offendimus, primo e-  
nim vocatur הַיְהוָה excellens elevatione sacerdotali der D-  
berste im Dyffer/ Gen. 49. v. 3. Unde Aug. Varenius in tract. de primog.  
eorumq; jure in V. T. c. 4. omnes Patriarchas primogenitos & Sacer-  
dotes fuisse probat, cum ante Aaronis Sacerdotium primogeni-  
ti Ebræorum jure primogenituræ dignitatem Sacerdotii habue-  
rint Tholoz: syn. 7. V. l. 16. c. 8. n. 22. Postea verò Deus Exod. 13. v. 2. 11. 12. 13.  
in perpetuam occisæ primogenituræ Ægyptiorum memoriam



omnia primogenita Israëliitarum masculina, sibi sacra esse voluit, idq; expressa ibi sancivit lege: donec Levitæ in eorum locū evecti fuere. *Num. 3. v. 12. & 13.* Rationes quidem Dd & Rabbinī diversas hujus mutationis reddunt: alii, quoniam hi hæreditatem unā adibant, non potuisse inservire muneri sacerdotali, hinc totam Levitarum stirpem electam: qui nullam portionem accipiebant, sed vivebant ex decimis: alii opinantur primogenitos hanc insignem prærogativam amisisse, & Levitis rursum à Deo concessam fuisse, quod immunes fuerint à peccato *μολοποιήσεως* vituli conflatilis *Tholoz. & Var. d. l.*

XVII. Non minima etiam altera præ eminentia primogenito debita fuit, quod *עֲרֵךְ* Excellens fortitudine regiā, der Oberste im Reich vocetur *Gen. 49. v. 3.* Ubi Jacobus filium suum primogenitum tanquam summum Sacerdotem & Regem alloquitur, rationem autem singularem addit, quod scilicet sit *רֵאשִׁית כֹּחַ* Principium roboris & virium paternorum. Tanta hinc primogenito in fratribus autoritas fuit, ut cæteri ipsum tanquam principem familiæ colerent, observarent, ipsi assurgerent, & servitia præstarent, quod ex formulis benedictionis primogenitis factis elucet. Vid. *Gen. 27. v. 29. & Gen. 49. v. 8.* ubi Judæ jus primogenituræ datum. Huc etiam facit vaticinium Jacobi *Gen. 49. v. 10.* Non auferetur sceptrum &c. Vid. *Varen. c. l. c. 3. Tholoz. synt. 7. v. l. 45. c. 3. n. 2.* Et tam in Sacerdotio quàm in regno primogenitum successisse, ex multis autoribus probat *Gold. de Major. l. 2. c. 26.* Nec dubium est, jam Salamonis tempore jus primogenituræ floruisse in regno Israëlitico, cum ipse fateatur hoc ad fratrem suum Adoniam pertinere *1. Reg. 2. v. 22. Tholoz. synt. 7. v. l. 7. c. 5. n. 14.* Davidem, quod Salamonem successorem declaraverit, excusat, quod recens acquisito regno potuerit leges dare, ex suo arbitrio, cum liberis nullum adhuc jus in eo acquisitum fuerit. *In lib. autem 40. c. 34. n. 23.* aliam rationem addit, quod Adonias usurpasset regnum patre vivente *1. Reg. 1.* quæ ratio *B. Avo. arridet, l. 2. de Republ. c. 2. f. 8. n. 20.* nam ob hoc factum tanquam rebellis & hostis patriæ meritò suo jure privatus est, & eandē ferè ob rationem etiam Ruben hoc suum jus amisit, quia adscenderat cubile Patris sui, & maculârat stratum ejus *Gen. 49.* Denique singulare quoddam



dam in Salamone fuit, qui à primis incunabulis Deo dilectus ex-  
stitit 2. Samuel. 12. v. 24. quod ipse Adonias confiretur 1. Reg. 2. v. 15.  
Ad Abiæ filii Rehabeami respondemus exemplum : patrem i-  
psum, propter Amorem, quo matrem ejus Mecham prosequeba-  
tur 2. Paral. 11. in fine successorem declarasse, Joramo quidem  
etiam surrogatus est Ochozias natu minimus 2. Par. c. 22. Sed cæ-  
teri à Philistinis & Arabibus aut rapti aut trucidati fuerunt :  
2. Paral. 21. Vid. Arnif. c. l. & in singulis exemplis, quæ adversarii ob-  
jiciunt, si occasio percurrendi adesset, simile quid reperire lice-  
ret, vident itaque, quàm parùm talia cumulata exempla nobis  
officiant, præsertim cum ea, quæ ex causa singulari fiant, in con-  
sequentiam non sint rapienda, cum aliquando ex singulari ra-  
tione Deus alteri sceptrum commisit Arnif. cit. l. Si itaque quis à  
jure divino cupit ducere argumentum non extraordinariam  
Regum surrogationem, sed jus ordinarium respicere debet.

XIIX. Magna certe dignitas consistebat etiam in jure  
duplicis in herciscunda familia portionis, de quo legem Dent. 21.  
vers. 15. & seqq. invenimus Joseph. l. 4. antiq. jud. c. 6. Bers. de pact.  
F. j. c. 4. (si ergo præcipuum jus in hæreditate paterna habet pri-  
mogenitus, cur non & in regno?) Arnif. l. 2. c. 2. sect. 8. n. 86.  
Besold. diff. nomicop. lib. 1. diff. 4. n. 7. Alii etiam alias præeminen-  
tias jure divino primogenito debitas enarrant : primogenitum  
scil. apud judæos ad dextram patris in mensa sedisse. Gold. de  
major. lib. 3. c. 5. n. 9. utpote quæ validior & præstantior, reliquis  
fratribus benedicere, ipsique primogenita pecorum deberi Phil.  
Rnyfschild tract. de fidei comm. fam. nob. c. 6. n. 297. quod etiam ve-  
stes primogeniti habuerint speciales, prætiosas & odoriferas,  
quibus induti in magnis solennitatibus obtulerunt oblationes  
Domino Aug. Varen. d. t. c. 4. præcipuè diebus festis Tholoz.  
Sint. jur. V. c. 3. n. 1. 45. & lib. 16. c. 8. n. 22. Quid ergo dissentien-  
tes triumphant ante victoriam? ipsi potius erubescant quod  
sine lege loqui ament. Pervolvant accuratius imposterum  
Biblia, percurrant, perlustrent ea, & invenient non exempla  
tantum, sed & præcepta, non rei gestæ commemorationes, sed  
legislatoris sanctissimas leges, per quas prærogativas speciales  
primogenito decernit? Et si vel maxime tantum consuetu-



dines laudabiles enumerarentur, quis eas sequendas vel eas iuri naturæ convenientissimas esse negare auderet?

XIX. Mores etiam Gentium moribus Ebræorum & iuri divino positivo respondent. Unde miror, quosdam affirmare audere jus hoc primogenii apud perpaucas tantum gentes susceptum fuisse, cum tamen annales Historicorum diversum probent. Constat enim plerasque omnes gentes quæ L.L. utuntur hanc prærogativam in regno succedendi primogenitis relinquere. Et quidem apud Assyrios seu Babylonios ordine primogenitos successisse sacræ paginæ, Berosi, Metasthenis aliorumque veterum scriptorum fragmenta evidenter testantur, ut refert, *Gold. de Major. c. 30. l. 2. n. 2.* In regno Persico similiter jus primogenituræ viguit, quod satis probat *Arnis. B. meus avus de republ. l. 2. c. 2. s. 8. n. 29.* & cedro digna est oratio Cyri sapientissima, qua in agone constitutus ultimum vale suis filiis acclamavit. Integram eam proferre vix licet, cum eam *Xenoph. de instit. Cyr. lib. 8. p. m. 234. & seqq.* habeat. Quæ autem ad nostrum institutum pertinent, hic adscribam. *Quamobrem, inquit, ita quæ à me dicuntur accipite, ut qui tum prisca, tum moribus recepta atque etiam L.L. consentanea proferam; ac tuum quidem Cambyses regnum esto, Diis illud ac me tibi largientibus, quantum quidem in me est. Tibi verò Tanaaxeres hoc tribuo ut Medorum Armeniorum & tertio loco Cadusiorum satrapa sis. Nec eam consuetudinem succedendi apud Macedonas obtinuisse ullum dubium est: notum quippe, quod Perseus Philippi filius ætate major, Demetrio fratri opprobavit. Regnare utique vis, huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat gentium jus, obstat vetus Macedonia mos, obstat verò & patris iudicium.* Si convertimus nos ad nostrum Rom: Imperium & hoc ab initio successivum fuisse & jus primogenituræ in eo viguisse, multis probat. *Gold. lib. 3. c. 14. de Maj. Arnis. l. 2. c. 2. s. 3. n. 50.* hodie verò mutatum in electivum regnum: quod ex quonam fundamento hoc neget *Laurenb. in Epit. prud. civ. c. 9. n. 16.* non video, ubi tamen immerito in B. Avum meum Arnis. nimis rigorosis verbis invehitur. Cætera regna & principatus omnes hic non attingam, ne nimis nostra disp. excrescat, qui desiderat de iis plura, adeat *Gold. lib. 2. & 3. de Major. & B. A. l. 2. c. 2.* qui prolixissimi sunt. Et verte te in

omnes



omnes orbis partes, quacunque via sive in Europam, sive in Asiam, sive in Africam, sive in Americam (ubi incolas tamen ex nullo certe alio quam rationis naturalis instinctu primogenitum præponere concludimus) ubique prærogativa primogenitum concomitabitur. Unde hodiernum adhuc primogenito singularia nomina attribuuntur, sic apud Danos simpliciter dicitur Princeps, in Gallia Delphinus vocatur à provincia Delphinatu, quæ non ut perperam Springsf. vult, Carolo 6. ab ultimo Duce Uniberto, quem alias Humbertum vocant, donata, nec ut alii Philippo Valesio fuit vendita, sed pro filio natu maximo, huic, id proceribus efflagitantibus, certis legibus fuit oblata *Conring. de Fin. Imp. Germ. c. 24. Excell. Præses ad c. 2. Syn. Beck. lib. 1.* Hodie verò simpliciter Monsigneur vel Monsigneur le Daulphin dicitur. Sic in antiqua Francia Rex junior, Rex juvenis. In Anglia olim Normanniæ hodiè verò Walliæ Dux; apud Hispanos infans; apud Græcos Despota; apud Svecos Fioniæ Princeps: apud Scotos Dux Rothsajæ: apud Arragynos Dux Gerundiæ: apud Cypros Princeps Gallileæ: apud Romanos Cæsar nuncupatur, quod patet *ex l. 7. C. de malef. & mathem. l. fiscus. 6. §. fin. de jur. fisc. videatur Springsf. de apan. & Joh. Theod. Sprengerus in syn. jur. publ. c. 2. p. m. 27.*

XX. Certis etiam legibus jus primogenituræ apud quosdam fuit firmiter stabilitum, Andronicus II. Palæologus Imp. Constantin. suo affini Michaëli Regi Mæsorum (qui nunc Walachi appellantur) petenti nomine uxoris partem regni opposuit, se quidem percipere ipsum ad hæreditatem admittere, nisi lex vetusta Romanorum obstaret. Ex filiis Imperatoris, qui ætate antecesserit, Imperatorem salutant, & is fratribus Imperato, & hi seniori cedunt, seduloque serviunt. *Gold. lib. 2. de Maj. c. 29.* similem legem apud præscos Græcos reperimus τὴν βασιλείαν κατὰ τὸ πρεσβεῖον. Regnum natu maximus accipit. *Speculum Svecic. lib. 1. art. 20. §. 3.* de principatibus non dividendis idem jus statuit; Man mag kein Fürsten Ampt mit recht zwenen Männern geleihen / geschicht aber es / ihr jedweder mag mit recht nicht ein Fürst davon geheissen noch gesehn: Also mag man weder Margtgraffschafft noch Pfaltzgraffschafft



graffschaffe/noch Graffschaffe die getheilet werden/so haben sie ihren  
Nahmen verlohren. *Gold. de major. l. 2. c. 17. n. 21.* Magna autem  
fuit veterum legum in jure successione stabilendo apud Ger-  
manos quasi conspiratio: nam *jac. Alvarottus in §. mulier tit.*  
*si de Feud. contro. fuer. &c.* leges, Gothicam, Alemannicam,  
Francicam, Vandalicam & plures alias conjungit simile quid  
fancientes.

X XI. Jus Feudale itidem hic à partibus nostris stat,  
cum feuda majora annexam regalem dignitatem habentia, ut  
Ducatus, Marchionatus &c. 2. F. 55. §. 1. individua pronunciat,  
quamvis de minoribus feudis aliud statuat 1. F. 1. §. 1. in fin. & 1. F.  
8. 2. F. 11. In iis enim æqualitatem observans ut alias res here-  
ditarias divisioni subjicit, ita ut omnes, qui partem habeant  
feudi divisi, vel jam dividendi fidelitatem faciant *Harpr. Comm.*  
*ad inst. de her. quæ ab int. n. 100. Nobiliss. Struve syn. jur. Feud. c. 9.*  
*th. 5. n. 5. Snobel. disp. Feud. 6. §. 8.* vocabulum autem de cetero in  
*all. t. 2. F. 55.* satis innuit, omnia feuda antea divisioni fuisse ob-  
noxia, idem enim significat quam *post hac*, id est, *post illam con-*  
*stitutionem Friderici Vultej. de Feud. l. 1. c. 8. n. 75.* Obiter hic no-  
tari velim, etsi compilatores feudorum, mores potissimum  
Longobardorum retulisse videantur, negari quoque haud pos-  
sit, aliquas constitutiones Imperatorias in libris Feudorum re-  
latas primario Italico regno scriptas esse: hanc tamen Fri-  
derici constitutionem & Alemannis latam esse ut *ex § 1. firmi-*  
*ter* elucet: Ex quo itaque concludere possumus, quamvis in  
Germania jus primogenituræ forte non viguerit, tamen per  
hanc constitutionem ex eo tempore in principatibus fuisse in-  
troducendum. Sed hic communiter quæritur, an jus primogeni-  
turæ de jure feudali sit introducendum? Quod cum quibusdam  
Dd. affirmamus. *Myl. all. loc. p. 236.* & non solum ob ratio-  
nes supra adductas, sed & omne id, quò splendor & utilitas im-  
perii impeditur jure Feudorum est prohibitum 2. F. 52. & 55. in  
*princ.* Subsequentia etiam Henrici 6. hujus Frid. 1. filii, ut  
& Frid. 2. decreta hoc demonstrant, quæ vid. apud. *Gold. de Maj.*  
*c. 17. lib. 2. n. 16. & seqq.* quamvis plurimi dissentiant, ut *Springf.*  
*c. 5. n. 16. de Apan. Bets. de pact. F. III. c. 9. Limn. lib. 4. c. 8. n. 120.*  
& fe-



& fere quod capita tot explicationes textui 2. F. 55. §. 1. affi-  
guntur.

XXII. Nec hic cum illis facere possumus, qui putant,  
ejusmodi feudum non debere dividi in partes, ipsum tamen  
feudum cum fratribus esse communicabile. Sed non solum  
supra hoc satis removimus, ubi de communione egimus, verum  
ipse textus si penitius eum introspiciamus diversum svadet: op-  
ponit enim Imp. regali Feudo aliud aliquod Feudum, quod non  
solum dividuum esse, sed & plures ejus hæredes qui partem ha-  
bent *Feudi jam divisi vel dividendi*, fidelitatem Domino præsta-  
re teneri affirmat. Regale ergo feudum neque divisioni obno-  
xium, neque plures pro eo fidelitatem Domino debent, ad  
quod tamen omnes obstringerentur, si feudum pro indiviso  
commune fuisset. Et si omnes alternatim administrationem  
susciperent par esset omnium conditio, quod tamen *dict. §. 1. vers.*  
*præterea 2. F. 55.* minime vult; Et si unus tantum succedere de-  
bet quomodo omnes feudum administrare, quod tamen à jure  
succedendi dependet, possunt. Sed & hi graviter errant, qui fructus  
& commoda Ducat. March. Comit: inter plures filios dividenda  
statuunt, jus verò & administrandi potestatem primogenito re-  
linquunt, inter quos est *Curt. junior de feud. part. 4. n. 122. p. m.*  
*441.* Nam cum feudum fere nihil aliud sit quam usufructus,  
quia & usufructus vocatur, 2. F. 23. §. ult. *vers. usufruct. vero;*  
hic autem Imp. Frider. generaliter feudum regale dividi prohi-  
bet, hanc explicationem admittere non possumus. Accedit  
quod sentiens incommodum sentire etiam debeat commodum  
*l. 10. de R. j. si* itaque difficultatem administrationis feudi solus  
primogenitus sustinet, solus etiam principatus commoda senti-  
at. Alii hunc textum de casu speciali & vix dabili explicant: si  
sc. talis sit Duc: M. C. qui distincta castra, civitates &c. non  
habet. Alii hunc locum volunt intelligi de ipsis dignitatibus  
& titulo dignitatum, & hoc propter textum *l. F. 13. §. ult. & l. F. 14.*  
*in pr.* ubi expresse Duc. March. Com. dignitates vocantur.  
Sed oppositio illa Feudi regalis & alterius feudi satis probat de  
partiali hic agi divisione, & inepta hic esset ratio prohibendi,  
cum dignitas per se non possit dividi; jam verò supra etiam ex  
vocabulo *de cætero* demonstravimus, omnia feuda fuisse divisi-  
D bilia.



bilia. Videatur prolixiss. Henr. Bocerus in tract. de jur. success. in feud. c. 3. quest. 47. Arnis. de republ. l. 2. c. 2. s. 7. n. 62. Joh. Schon. Waltersshofens. lib. 1. disp. 6. Feud. th. 53. Nicol. Intrigliol. de Feud. quest. 39.

XXIII. Videmus itaque in feudis majoribus de consuetudine feudali introductum jus primogenituræ. Nec quenquam melius d. §. præterea interpretari posse Imp. Carolo. IV. putamus, idem de Electoribus in A. sua B. sanciente, quod scil. semper filius primogenitus Laicus debeat succedere aut quamdiu aliquis ex familia sexus masculini Laicus legitime natus superfit. tit. 7. 24. in fin. & 26. Sed hic statim elegans quæstio superioribus paulo ab hinc annis non solum penna, sed etiam bipenni agitata oritur, an A. B. de omnibus Electoribus sit intelligenda. Inter cæteros & Celeberrimus Conringius in diss. de septem vir. th. 34. in fin. Regem Bohemiæ excipit, quem & ipsam A. B. excipere putat. Sed si penitus (pace hoc tanti viri dixerim) A. B. verba tit. 7. introspeciamus, contrarium ea suadent atque perhibent, nam Car. IV. duas ibi regulas proponit, quod scilicet modo defunctis EE. secularibus (quos omnes recenset, & nominatim etiam Regem Bohemiæ) in Electoribus ipsorum successio fieri debeat. Una, ne inter hæredes super jure, voce, & potestate futuris temporibus scandalorum & dissensionum possit materia suscitari & sic bonum commune periculosis dilationibus impediri, decernit, ut postquam iidem principes EE. seculares, & eorum quilibet esse desierint jus, vox & potestas electionis hujusmodi ad filium suum primogenitum legitimum Laicum etiam sine contradictione cujuscumque devolvatur. Altera regula est de casu vacationis: quando scil. nulli hæredes EE. supersunt provisio ad Imperatorem pertinet, hoc autem casu diversum statutum in regno Bohemiæ inq; eo jus provisionis regnicolis concessum esse asseritur, quando ex Regis Bohemiæ prosapia masculus nullus superfuerit. Hinc incidenter quæri possit; An adhuc in casu vacationis Electoratus, Imperator solus insciis statibus eum possit alicui in Feudum conferre? Hæc quæstio in Comitibus Ratisbonens. d. anno 1622. fuit in causa Friderici Palatini mota: negativam tenuerunt acriter Sereniss. Saxo & Brandenburgicus, qui se in Capitulationibus fundarunt: dissentientes autem præcipue hunc



hunc tit. 7. A. B. adduxerunt, & quod Imperatori ex primæva Feudorū natura hoc compereret per. c. vnc. vers. callidis de prohib. Feud. alien. per Frid. § 1. F. 24. jam autem hæc quæstio decisa in invictissimi nostri Imp. Leopoldi I. Capitulatione art. 30. & 39. reperitur, videatur alias Buxtorff. ad A. B. th. 87. lit. C. qui cum dissent: facit Arumeus ad A. B. diff. 4. th. 16. f. 219. Magnif. Carpz. de capit. Cesar. cap. 7. n. 4. Limn. 1. add. ad lib. 3. c. 8. n. 69. qui argumenta pro & contra affert. Sed ad priorem nostram ut revertamur quæstionem, illa fuit vera mens A. B. interim non desunt Bohemis rationes, quibus electionem puram, primitus usitatam privilegio usu & reversalibus confirmatam asserere conantur, quamvis ea quæ adducant, fere omnia jus tantum approbandi apud Bohemos fuisse ostendant, quod tamen hæreditariam successionem minime impedit, sed cum eâ stare posse videtur. Fusius eorum argumenta pertractantur in deductione oder nothwendigen Aufsührung ic. derer Ursachen und Motiven / warumb Kenser Ferd. II. nach tödlichen Abgang weiland Kensors Matthiæ des Regimentes in Königreich Boheimb und dessen incorporirten Ländern verlustiget / ic. Limn. de jur. publ. lib. 3. c. 8. n. 31. seqq. Contra verò serenissimæ domus Austriacæ argumenta pro confirmanda in regno Bohemiæ successionem videre licet apud Gold. de regno Bohem. in lib. 6. per tot. & duos ipsi adj. tract. Germ. Zwen rechtliche Bedencken von der succession und Erbfolge des Königl. chen &c. Item: Herra Reinhard Streinen information des hochlöblichen Hauses Oestereich erblich succession der Cron Boheimb &c. Theod. Spreng. in syn. jur. publ. c. 10. p. 251. Becker. in syn. jur. publ. l. 3. c. 7. §. 12. & ibi Dn. Præses in discurs. privat. qui argumenta pro & contra multis examinavit.

XXIV. Hic denuo non inelegans sese quæstio à Dd. ab utraque parte agitata offert, An hæc constitutio A. B. de jure primogenituræ in electoratibus ad ceteros principatus sit extendenda. Affirmantes ajunt, inter quos Rumelinus ad A. B. diff. 6. Corol. 1. ejusdem generis idem esse judicium debere, maxime propter textum 2. F. 55. quid, quod ipse Imperator Carol. IV. tit. 24. §. fin. argumento ad majus ducto utatur? si ceteros inquit, principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia & subjeçti fideles pace gandeant, quieteque  
D 2 vivant.



vivant. Multo magis magnif. principatus dominia, honores & jura EE. principum debent illa servari: quid autem sit in sua integritate servari, satis ipse Imperator in s. subseq. vel tit. decernimus declarat, nimirum ut primogenitus in eis succedat; quamvis vero hodie de facto aliter observetur; Imperatorem tamen renovasse in sua A. B. jus illud feudale 2. F. 55. Videatur Bocerus in tract. de succ. feud. quest. 48. Gold. lib. 2. de Maj. c. 15. n. 1. Besold. diff. nona: 6. Baro Schenck à Tautenberg 2. F. 31. f. 35. Vult. de feud. lib. 2. c. 8. n. 36. Cothm. vol. 3. Conf. 1. & Conf. 1. vol. 5. Dn. Diederich. ad A. B. tit. 24. Limn. lib. 3. de jus publ. c. 7. n. 69. Negantes inter quos præcipue sunt Bets. de part. Famil. Illust. & Springsf. de Apan. c. 5. n. 15. ante omnia urgent, quod Imperator non opus habuisset de Electoratibus, si antea jus primogenituræ in omnibus principatibus viguisset, specialem legem sancire, & cur requireretur hodie Imperatoris speciale indultum ubi Principes Imperii jus primogenituræ inducere volunt, si quidem satis provisione A. B. muniti fuissent: precibus enim impetrari non debet, quod ipso jure conceditur. Denique cum res ex observantia Imperii dijudicanda sit, illam pro se adducunt. Sic enim in Ducatu Saxonix cui Electoralis dignitas adjuncta jus primogenituræ vigere, cæteros verò Ducatus Saxonix, ut Landgraviatum Thuringix, Marchionatum Misnix, ora Franco-nica Voigtlandiamq; dividos esse, idque plurimas divisiones docere vult Springsf. de Apan. c. 3. n. 79.

XXV. Apud quam plurimas interim familias hodie jus primogenituræ receptum: Sic in Archiducatu Serenissimæ domus Austriæ hoc jus viget, idque ex decreto Frideric. I. Barbarossæ in Comitibus Ratisb. de anno 1136. quod postea à Friderico II. in Comitibus Veronensibus anno 1242. & à Carolo V. in Comitibus Wormatiensibus anno 1525. confirmatum, Daß der älteste unter den Herzogen die Herrschafft des Landes haben sol / und nach ihm sein ältester Sohn erblich / daß es von dem Stam des Geblütes nicht kommen / und daß das Herzogthumb nimmer getheilet werden sol / Ruy. de Fidei comm. fam. Nob. c. 6. n. 287. Gold. de maj. c. 17. n. 2. Ruyel. ad A. B. part. 3. diff. 5. conclus. 5. Aliquando tamen hac ipsa in familia recessum à communi placito, nam Carol. V. ob



ob majorem commoditatem Ferdinando fratri minori Au-  
striam cum finitimis regionibus concessit *Bets. de P. F. j. c. 10.*  
*pag. 714.* qui hujus rationem reddit *Limn. de j. P. lib. 4. c. 8. n. 114.*  
Sic in Ducatu Bavarico jus primogenituræ viguit & quidem  
per testamentum Ducis Albrechtii sub II. Apr. anno 1573. intro-  
ductum *Arnif. c. 2. f. 7. n. 35. Knips. all. l. n. 286.* Nam post acce-  
ptum Electoratum alias individuus redditus fuisset *Magnif. Dn.*  
*Reink. lib. 1. clas. 4. c. 17. n. 26.* Sic & in Ducatu Wurtenber-  
gico; idque ex verbis investituræ Cæsareæ patet, daß die Herr-  
schafft zu Würtemberg zu ewigen Zeiten von Erben zu Erben / von  
einem Herzogen von Würtemberg auff den andern / und allewege auff  
den ältesten ehelichen / männlichen Leibes Erben / und nach eines ältesten  
Absterben / auff desselben ältesten Sohn und descendenten, und also  
consequenter fallen solle / *Springsf. d. tract. c. 3. n. 58. Gold. de Maj.*  
*lib. 2. c. 18. n. 2. Magn. Reink. de R. S. & E. all. loc.* In Ducatu itidem  
Brunsvvicensi pactis familiæ anno 1553. initis, & ab Imperatore  
Car. V. confirmatis idem introductum esse constat ex *Bets. de*  
*pact. fam. illust. c. 9. p. 531. & 522. Gold. de maj. lib. 2. c. 19. n. 3.* quam-  
vis longe ante jus primogenituræ hac in familia introductum  
annales referant, nam anno 1374. inter Principes & subditos de  
jure primogenituræ introducendo conventum, variatum tamen  
ita, ut hoc novo fulcro opus fuerit omnino *Limn. de j. P. l. 4. c. 8.*  
*n. 115. & lib. 5. c. 6. n. 4.* nam semper duobus nati majoribus sub-  
diti subjectionis fidem juris jurandi religione firmatam dare  
soliti fuere, hodie tamen solo protogeno dominatus commit-  
titur *And. Knippen in quod. manuscript. consil. in causa preced.*  
*lin. Altenb. & Vinar* : Idem jus primogenituræ in Ducatu  
Slesvicensi viget de quo *Cranz. lib. 7. Hist. Dan. c. 41.* ubi de Co-  
mitiis Neuenburgicis, quæ Margaritha Regina Daniæ, Sveciæ,  
Norvvegiæ indixit, scribit: ibi renovatam esse rationem Feudi.  
Ita ut Ducatus perpetuo jure ad seniore[m] hujus familiæ perti-  
neret, ita tamen ut juxta regni jura Feudum à corona recogno-  
sceret & inde præstaret obsequia: idem & *Spangemb. in sua Chron.*  
*Scaumb. lib. 4. c. 1.* restatur. Also daß die Grafen zu Holstein al-  
lezeit der älteste / und dessen eheliche Nachkommen das Herrzog-  
thumb Sleswicz erblichen haben / und behalten sollen. *Springsf.*  
*c. 3. n. 61.*



XXVI. De Ducatu Clivenſi & Juliacenſi, cum ſcil. primogenituræ jus in illo obtineat, adhuc diſceptatur, ut apparet ex *Befold. de ſucceſſ. reg. lib. 1. diſſ. 6. n. 7.* & quem ipſe à parte contraria allegat, *autor. diſcurſ. verè jurid. de ſucceſſ. Juliac.* Sed Ducatus Megapolitanus licet olim diviſioni obnoxius fuerit, nuperrimè tamen ſingulari familiæ pacto jus primogenituræ in eo introductum eſſe ex laudato *Reink. refert. Rumelin. ad A. B. p. 3. diſſ. 5. in add. ad tb. 1.* De hodierno autem ſtatu illius Principatus noſtrum jam non eſt ut diſquiramus, cum adhuc ſub judice lis ſit. In Pomeraniæ familia, eâ adhuc exiſtente itidem hoc jus viguiſſe refert *Dn. Reink. l. 1. § 4. c. 17. n. 294.* de Ducatu Lotharingiæ videatur *B. A. Arnif. de Rep. lib. 2. c. 2. ſect. 7. n. 35. n. 292.* De Ducatu Sabaudia *Limn. tom. 2. jur. publ. lib. 5. c. 14. n. 11.* De Ducatu Burgundiæ Mediolanenſi, Florentiæ, Pedemontio, Ferrarienſi, Mantuæ, Montisferrarenſi, Urbini Salutarum, Delphinatu, de his ſingulis teſtatur *Springsf. all. tract. c. 3. n. 81. & ſeqq.* Ad Germanos rurſum, & ad familiam Landgraviatus Haſſiæ perveniendum, in qua jus primogenituræ ante non obtinuit, ſed æqualiter inter omnes Haſſiæ Landgravios adminiſtratio & emolumenta fuerunt diviſa, ipſo tamen dominio ex civili poſſeſſione apud eoſdem pro indiviſo remanente *Mag. Reink. l. 1. c. 4. § 17. n. 20.* Interim facere non poſſum, quin facetam quandam hitoriæ hîc interſeram, quam *Münſt. in Coſmog. lib. 3. c. 417. teſtante Limn. lib. 6. c. 8. n. 25.* in Genealogia Landgr. Haſſiæ habet. Otho Landgr. Haſſiæ quatuor reliquit filios, quorum natu maximus, ArchiEpiscopus Magdeb. declaratus ſecundo genitus Hermannus diem obiit. Reliqui duo Fratres, Henricus & Ludovicus, principatum ſuum indiviſum conſervare ſtudentes, inter ſe pacti ſunt, ut unus tantum rei præſſet, alter verò quibusdam præfecturis contentus, perpetuò à principatu excluſus, & matrimonii contrahendi poteſtate privatus eſſet. Ne verò hâc in parte ulli injuria fieret, ſed res tota ſorti committeretur, conventum inter eoſdem fuiſſe, ut ambo unam virginem ambirent, huiusque arbitrio electionem abſolutè permitterent, hunc in finem, cum elegiſſent filiam Marchionis Miſniæ ambo fratres ad eam proſecti electioni ſe ſtetiſſe, à quo major natu Henricus electus, & ſic Imperio etiam potitus fuit. Hodiè autem in hac familia primogenituræ locum eſſe non dubitatur



tatur tum vigore beyder Fürstlichen Hessischen Linien Cassel und Darmstadt neulich getroffenen Haupt accords sub dato Darmstadt den 24. Decembris Anno 1627. tum vigore Gallic. instrum. pac. ibid. Ebenmäßig sol auch das im Hause Hessen / Cassel und Darmstadt eingeführte und vor der Röm. Käys. Maj. bekräftigte jus primogenituræ fest bleiben / und unverbrüchlichen beobachtet werden. Notandum tamen inter ambas lineas administrationem concernentia nonnulla adhuc indivisa ex juratâ, perpetuâ & hæreditariâ conventionem mansisse. Tale est das Hessische Hoff- und revision Gericht / die Landtage / Synodi und Zölle / *Magn. Reink. all. loc. n. 21. Limn. lib. 4. c. 8. n. 123. & Teod. Spring. in syn. J. P. c. 10. p. m. 241.* Simili modo Marchionatus Badensis divisionem ignorat, uti & Marchionatus Montisbruni *Springsf. all. loc. n. 117. & seqq.*

XXVII. Sed quid de comitibus dicendum, an & illi jus primogenituræ introducere possunt? Certè cum Comitatus Feudis regalibus annumeretur de eo ne quidem est dubium, præsertim cum & observantia hoc doceat, sic Comitatus Dietz individuus existit, nec non Comitatus Embdensis, Ostfriesia, *Springsf. all. loc. n. 136.* Obiter & id de Hennebergico Comitatu adjiciam, quod *And. Knichten in supra all. manusc. Consil. habet.* Beroldus Comes Hennebergicus in Principis fastigium Anno 1310. Jul. 15. Francofurti sublimatus disposuit, ut dignitas adepta postmodum jugiter conservaretur, ac primogenitus imposteriorum solidus, dominatusque jure principatum sibi vindicaret: *tabul. Genealog. der Gefürsteten Graffen und Herrn zu Henneberg de A. 1593.* Sed de Baronatibus majus dubium occurrit, an scilicet jus primogenituræ in iis locum habeat? *Springsf. quidem de Apan. c. 3. n. 144.* hoc negat, ex hoc fundamento: quoniam Baronatus non possit annumerari Feudis majoribus seu Regalibus. Sed nos merito contrariam sententiam amplectimur, & Baronatus Feudis majoribus annumeramus, cum ex usu Germaniæ Comitibus comparentur Barones, *Magn. Reink. lib. 1. & 4. c. 15. n. 15. Beckerus in Syn. J. P. lib. 3. c. 8. n. 9.* unde & in comitiis scamno Comitum insident, & indistinctè mixtimq; in matricula Imperii referuntur, imò & in privilegiis Comites & Barones inter se æquiparantur, quamvis stylus hodiernus hoc observet, ut si invicem cōcurrant, Comites præ-



præcedant. *All. loc. Limn. Tom. 1. add. ad l. 4. c. 5. in fin.* Inter nobiles ve-  
rò jus primogenituræ locum non habet, quoniam minora Feuda  
possident, nisi aliud consuetudine aut certâ lege introductum  
sit, ut in Normannia, Britannia, ubi etiam inter privatos jus pri-  
mogenituræ floret, præsertim in Aquitania. Sic & in Hispania  
& Aragonia hoc receptum *Decianus vol. 1. Resp. 31. n. 146.* habet.

XXIX. Antequam autem discursui nostro de jure pri-  
mogenituræ finem imponamus, adhuc de fœmina videndum,  
an & illa ut primogenita hujus juris particeps sit? Quod nega-  
mus, quamvis *Tholozan. de Rep. lib. 7. c. 11.* anxie partes mulierum  
agat. Contra quippe pudicitiam sexui muliebri convenientem  
est, virilibus conventibus & officiis se miscere. Rectè itaque se-  
cundum jus Rom. ab omnibus civilibus & publicis officiis ar-  
centur, ita ut nec iudices esse, nec magistratum gerere, nec postu-  
lare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere possint  
*l. 2. de R. J. l. 12. §. 2. in fin. de judic. l. 12. de edend. l. 1. §. 5. de postul. l. 1. §. 1.*  
*ad SCt. Vellej.* potius domi rem familiarem servant, & quod suum  
proprium, ut *Dd. commun. ad l. 31. pr. §. 1. de donat. int. vir. & uxor.*  
monent, perficiant, suant nempe & stamina pollice torqueant,  
bella relinquunt viris, ad quæ hi & alias imperii partes magis  
idonei censentur, cum fœminæ contra naturaliter capiti sub-  
jiciantur, & ut *Arist. 1. pol. 8.* probat, magis ad parendum quàm  
imperandum à natura aptæ. Quando itaque de dignitate, ho-  
nore, prærogativa agitur, masculi meritò præferendi sunt fœmi-  
nis *l. 1. de Senat. l. ult. de fid. instrum.* ergo & in jure primogenituræ  
quod dignitas, honos & præ eminentia est. *Job. à Sande in decis.*  
*Fris. lib. 4. tit. 15. defn. 8.* multò enim deterior conditio fœmina-  
rum quàm masculorum *l. 9. de stat. hom.* siquidem fragilis & natu-  
ra invalidus est hic sexus *l. 5. C. ad l. J. Maj. l. 22. ad SCt. Vellej.* adeò  
ut quidam eò delapsi sint, ut statuerent mulierem marem im-  
perfectum & primùm monstrum naturæ esse, exq; defectu calo-  
ris non assequi naturam, quod intendit. Videmus quippe adver-  
sus propria commoda sæpè fœminarum laborare consilium *l. 4.*  
*in fin. C. de Spons. & mulierum proprium esse volunt, ut decipian-*  
*tur Nov. 6. c. 1. §. 2. l. 11. C. de pact. conv. l. unic. §. 15. C. de rei uxor. act.* va-  
rium enim semper & mutabile fœmina *cap. 10. d. V. S.* Et si penitus  
naturam mulierum in se consideramus, inveniemus quàm timi-  
dæ,



dæ, quàm imbecilles, quàm crudeles, quàm iracundæ, quàm ad  
res arduas expediendas insufficientes sæpè sint, quamq; longè  
ut plurimum à sano prudentiæ habitent, provida consilia nam  
nescit curia marrum.

XXIX. Unde & ipse Deus malè cum Republ. agi testa-  
tur, cujus habenas moderatur fœmina *Esai. 3. v. 11. & eo tempore,*  
*quo omnia mala immissurus sit Reipub. Judæorum, pueri exactores erunt,*  
*ait, populi mei & mulierès dominabuntur.* Meritò cum Poëta excla-  
mandum:

*Regna regunt vulvæ, clamat gens tota simul ve*  
*Interitus regni est à muliere regi.*

Paulus quoque *1. Corinth. 14.* jubet mulierem tacere in Ecclesia.  
Existente itaque masculino juris primogenituræ incapaces sunt: si  
enim interest Reipubl. ut familiæ salvæ sint *l. 1. §. 13. d. vent. inspic.*  
*arg. l. 9. C. de quest.* meritò & filii Fœminis quamvis ætate minores  
in successione sunt præferendi, quippe cum hæ caput & finis fa-  
miliæ sint *l. 195. §. f. d. V. S.* unde & Soror quasi seorsim nata dicitur,  
quoniam in familiam sui mariti transit cui & liberos non verò  
suæ familiæ parit *l. all. l. 196. V. S. l. 14. §. 2. de grad. §. 1. inst. d. legit. agn.*  
*success. §. ult. de patr. pot. Job. à Sande all. loc.* optima ergò lex Salica,  
quæ prohibet, ne mulier succedat in regno, (quamvis, si *Tilio d.*  
*Reg. Gall. p. m. 190. & 191. ut & Phil. Honorio p. 545.* credamus; tan-  
tùm subditis hæc lex est conscripta. Interim *Claud. Sefellius*  
*d. Rep. Gall. p. m. 16. & Honorius all. qui sibi ipsi contrariatur d. reg.*  
*Gall. p. m. 532.* de Imperio Galliæ latam esse hanc legem te-  
stantur, quod & communis ferè Dd: schola docet: & non incom-  
modè, quoniam etiam principes legibus vivunt *l. 3. C. d. te-*  
*stam. §. ult. 7. quib. mod. test. infr.* & observantia in regno Gal-  
lico per aliquot secula hoc approbavit.) Optima lex Saxo-  
num quæ sancit, ne mulier quantumvis excellens in patrio do-  
minio succedere valeat. Optimum jus Feudale, quod non admit-  
tit ad successionem mulieres, quia nequeunt sustinere servitia,  
quæ Vasallus debet domino; Est autem & pars servitiorum con-  
siliium domino dare *cap. unic. in f. de nov. form. fidel.* unde & mutus  
& surdus à Feudis repelluntur, cum discrimine tamen aliquo  
*1. Feud. 6. §. 3. & 2. F. 36.* Sic fœminæ ab initio pari jure non sunt ad  
hæreditatem admittæ *l. tit. j. de leg. agn. succ. & tit. seq. ad SCt. Treb.*  
postèa verò Justinianus per *§. 3. inst. de leg. agn. succ. l. ult. C. de lib. prat.*

E

l. 14.



l. 14. C. de leg. her. eas æquales fecit: sic jussu Dei sorores à possessione exclusæ sunt, quamdiu fratres superessent num. 27. 36. Jos. 12. Sed in casu quo tantum fœminæ supersunt, an tum jus primogenituræ & inter eas locum habet? Observantiam regni hîc ante omnia introspiciendam putarem, alias ob gravissimas supra allegatas rationes, ne scil. regna dividantur, à parte primogenitæ stare. Sic in Austriaca familia lege prospectum, ut masculo non existente Ducatus ad seniore[m] devolvatur filiam ex constitutione Frid. II. & Car. V. testante B. Arnif. 2. d. Repl. 2. s. 12. n. 29. & Limn. lib. 5. c. 2. n. 30. & 32. In Ducatu similiter Goriciæ ac Carinthiæ & Comitatu Tyroli fœmina succedit Arnif. all. l. n. 30. item in Megapolitano Ducatu Thomingus conf. 4. vol. 1. Myl. d. stat. c. 24. De Hassia & Comitatu Catimelibecensi etiam hoc testatur Arnif. all. loc. n. 34. Simile quid in Cliviæ ac Juliacensi Ducatibus sancitum multi quidem volunt, sed nondum obrinnerunt. Vid. Limn. de J. P. lib. 4. c. 8. n. 107. & seq. & lib. 5. c. 10. ubi argumenta ab utraq[ue] parte affert. Sed stabilitò jure primogenituræ receptui cano, ut & translationem de ultragenitis persequi possim.

XXX. Audivimus supra in th. 7. æquitatem naturalem propter gravissimas rationes suadere quidem inter privatos æqualem in bonis parentum successionem, interim non præcipere, ut Pater uni liberorum præcisè tantundem attribuat, quantum alteri, quippe cum non peccet in legem naturæ, si cui plus, alteri minus offerat, si modo huic pro modo facultatum suarum det, quod necessitatibus possit sufficere, filiis enim non solum aptitudo, ut vult Sam. Pufend. Elem. Juriss. lib. 1. def. 5. §. 17. sed jus, competit in bona parentum, quantum scil. ad necessariam eorum sustentationem requiritur, quamvis ad cætera bona aptitudinem duntaxat habeant. Lege itaque naturæ genitis debentur alimenta, unde sunt geniti l. 2. C. de inf. expos. lib. & serv. l. 1. §. 3. d. 7. & 7. Habet autem vocabulum alimentationis, cujus materia in jure favorabilis est latisimam significationem, cum non solum cibus & potus loco alimenti veniat, sed & omnia, quæ ad tutelam & curam corporis necessaria sunt l. 43. l. 44. de V. S. l. ult. d. alim. & cibar. leg. jac. Faber in Tr. de alim. c. 1. & Balduin. d. cas. conscient. l. 4. c. 14. cas. 1. qui in septem classes ea, quæ nomine alimentorum veniunt, distribuit: nempe 1. quæ pertinent ad cibum & po-



potum. 2. ad vestitum & lectum. 3. ad habitationem. 4. ad medicinas. 5. sumptus & impensas ad studia literarum & ad gradus Magisterii & Doctoratus, qui ex studiis sequuntur. 6. sumptus ad militiam. 7. sumptus ad nuptias: & postremò addit: *In his omnibus parentes jure naturali obstricti sunt succurrere liberis pro viribus suarum facultatum, ultra quas obligari nequeunt, neq; liberi de his aliquid communi hereditati restituere tenentur, etiamsi possint, quia donatio talis à patre filio facta est licita.* Hæc generaliter quidem vera sunt, multas tamen exceptiones patiuntur: quod enim sumptu in studia attinet, pater quidem pietate debitâ ductus eos subministrasse videtur *arg. l. 5. §. 1. d. agn. vel alend. liber. l. 5. C. eod. n. de contraria ejus mente appareat, quamvis sola relatio in librum rationum hoc non probet, nisi & alia certa indicia superveniant, & si vel maximè collationem voluerit pater, nihilominus tamen sumptus sunt detrahendi in alimenta facti* *arg. l. 11. C. de neg. gest. nec interest, erogati sint à patre vel à matre Dn. Carpz. 3. c. 11. def. 17. n. 3. Dn. Richter ad auth. habita; adeò ut illi sumptus, quos mater uni aut pluribus ex filiis stante communionem post mortem patris subministravit, non sint conferendi. Hoc tamen ita interpretandum, si filius sumptus licitos, honestos, nec debitum modum excedentes fecerit, nec illos malè aut in alium usum converterit. Vid. Perez: ad tit. C. de collat. Zoës. ad tit. ff. eod. & imprimis nobiliss. Struve ibid. ut & Consultiss. noster Klengel in præl. ad π. Cuj. in ff. ad tit. de collat: sed hæc incidenter.*

XXXI. Quamvis igitur solo primogenito regnum deferamus, non tamen ultragenitos solo patrio ad restim ejiciendos putamus, & hinc illam consuetudinem, quæ fratribus nullam portionem relinquit meritò Diabolicam Dd. dicunt, *Springsf. de agn. c. 4. n. 18. Knips. de Fideic. Fam. N. c. 6. n. 214.* cum lex naturæ velit, ut ex bonis paternis filiis postea genitis etiam alimenta decernantur *arg. l. 4. §. 5. ff. de agn. & al. lib. A. itidem B. Tit. 25.* quæ licet EE. Secularibus, unà cum dignitate Electorali, dominia, principatus, Ducatus primogenito solum concedat, nihilominus tamen primogenitum monet, ut clementem se ac pium erga cæteros suos fratres ac sorores exhibeat, iisq; alimentariam portionem assignet *B. meus Avus Arnis. in doct. polit. c. 9.* cum & alias frater fratrem sororemvé si non habeant, unde vivant, alere ex pietate



debeat, ut colligunt Dd. ex l. 13. §. ult. & l. 12. §. 3. de adm. & per tut.  
Celeberr. Struv. in synt. jurispr. Exerc. 30. th. 78. & hoc non solum ad  
Germanam, sed etiam Uterinam extendit Ant. Perez ad tit. C. de  
alend. lib. ac par. n. 8. 9. moralis enim ratio satis superq; urget, fra-  
tres non videre egenos, & splendor familiae hoc praecipit, qui  
planè obnubilaretur, si unus locuples, reliqui verò mendici es-  
sent; si solus primogenitus regiè viveret, ultrageniti verò durè  
& parcè. Sciendum autem, olim in Francia hos speciali nomine  
Cadettos nominatos fuisse, ut ex Nat. Comitum lib. 12. Histor. refert  
Gold. d. Maj. lib. 2. c. 19. n. 5. hodiè verò in Germania speciali nomine  
die Abgesundene/ Abgetheilte Herrn vocantur: primogenitus verò  
der Regierende. Et olim solus primogenitus Dominus vocatus,  
postgeniti verò Domnicelli, Germanis Juncsherrn/ quasi Junge  
Herren/ Calvin. in lex. jurid. verbo infans, qui titulus hodiè compe-  
petit nobilibus, quamvis & hi eum fastidire incipiant, cum ta-  
men olim Ducum, Principum filiis nati minoribus tantum tri-  
bueretur Reinecc. in tr. von des Adels anfänglichen Herkommen / ex  
Epitaphio quodam vetusto exemplum nobis praebet: Der Edle  
Wohlgebohene Juncsherr / Juncsherr Bernhard / Edler Herr zu der  
Lippe. Sic in statuto Comitum ab Hanau de jure primogeniturae  
expressè cautum, ut protogenus Herr / fratres verò juniores  
Juncsherrn nominarentur, Knecht: in Encyclop: c. 1. Sic in pactis hæ-  
reditariis Illustrissimorum Comitum Holsato - Scaumburgiae &  
Sternbergae de anno 1370. subscripsisse leguntur, Grass Heinrich  
von Sternberg/ Juncsherr Simon von Sternberg/ Dechant zu Pa-  
terborn / und Juncsherr Johann Grass zu Sternberg / Spangenberg. in  
Chron. Schaumburg: l. 5. c. 18. notabile, quod & hoc nomen apud Re-  
ges fuerit in usu: sic in legibus Waldemari II. Regis Daniae, qua  
Warnburgi publicavit, in ordinum conventu anno 1280. in Ab-  
scriptionibus legitur Med Hans Sønners Raab her hof wore  
Königh Eud (primogenitus scil.) Hertug Abel Zeuncker Christof-  
fer. Eadem verba in praefatione des Judiche Lowboches habes: af-  
firmat Spangenberg, se vidisse antiqua instrumenta, in quibus  
Regis Daniae filius subnotavit Juncfer Otho von Deanemorek. Idem  
& ex diplomatis Regum Angliae observavit Camdenus in Bri-  
tann. Ego Eadgarus Chylo Regis filius quasi Klyn id est, junior: sic &  
exemplum de minoribus Regum Francia filii adducit, quod,  
ut



ut & plurima alia vid. apud Gold. de major. l. 2. c. 6. n. 14. & seqq. &  
ex eo Springsf. de Apan: c. 3. n. 17. & seqq. Becker in syn. jur. publ. c. 11.  
§. 4. ibiq; Excell. Dn. Praes.

XXXII. Ubi notatu dignum videtur, quod in *Spec. Saxon.*  
*lib. 3. art. 59.* dicitur: Daß die jenigen/so unter Brüdern das Fürsten-  
thum bekommen/des Reichs Fürst/die übrigen Brüder aber schlechte  
hin Fürst/oder Fürstengenoss genant seynd worden. Quod in Austria  
observatum fuisse putat Springsf. c. 3. n. 50. ita ut olim tantum pri-  
mogeniti Archiduces sint dicti, ceteri verò Duces, de quo ta-  
men valde dubito, an veritati historicae conveniat. (sed quid de  
filiabus, num & illa nomen retinent? olim quidem in Gallia,  
quamvis inferioribus quam Regibus nuberent, tamen appella-  
tionem Reginae usurpabant, ut ostenderetur, ipsas esse Regum  
filias, sed *Tilius de Reb. Gall. lib. 2. p. 122.* hanc consuetudinem obso-  
leram esse testatur: interim in Germania ille mos haecenus ad-  
huc viget, ut titulum suae familiae retineant v. c. N. N. vermählte  
N. N. Geborne aus ic.) Hodie verò seynd alle die/so von dem  
Stamme geboren werden/des H. Reiches Fürsten und Graffen/  
*Beis. de Paet. Fam. Ill. c. 8. p. 436.* hancq; rationem reddit, quod per  
*l. 13. ad Sc. Trebell.* par in parem non habeat Imperium; & ob  
hanc rationem ne quidem Principes Imperii in filios habeant  
jurisdictionem, quamvis de Regibus quique planè superiorem  
non agnoscunt per *c. per venerabilem qui fil. sint legit.* aliud sta-  
tuat; sed hoc assertum in totum mihi non arridet. Interim Apa-  
nagiati de stylo hodierno & dignitatem & titulum honoris ple-  
rumq; retinent extra Electoralem titulum, quem primogenitus  
solus habet, *Rumel. ad A. B. diff. 6. cor. 1. p. 145. Diedrich. ad A. B. tit. 25.*  
*p. 96.* rationem communiter hanc reddunt, quod paritas tituli  
maximè faciat ad fratrum concordiam conservandam cum ge-  
nerosi animi sit magis dignitatem quam fortunas quarere. Ho-  
die itaq; principes imperii sunt *Myl. de stat. imp. c. 22. Excell. Praes.*  
*ad lib. 3. c. 8. §. 1. syn. J. P. Becker.* ubi distinguit inter illos Principes,  
qui dignitatem solum, & qui dignitatem cum potestate simul ha-  
bent. Immediata enim subjectio & sine territorio consistere po-  
test, & hoc in divisione E. Brand. Friderici de anno 1573. cautum,  
ut & in divisione Albrechti E. Brandenb. de anno 1537. ac Frider.  
Marchionis Brandenb. d. anno 1507. Es sollen sich auch die gemelte



und andere unsere Söhne eines Tituls gebrauchen und schreiben/ auch Helm und Schild gleich führen. Besold. tamen in diss. nomicop. 5. lib. 1. n. 9. putat cavendum esse, ut secundogeniti, quamdiu ab hereditate fuerint suspensi retento solum familiae nomine sortis bonorumque suorum modulo se haud impares vel re vel nomine gerant, & hoc in Gallis observatur, ubi apanagiatis tantum familiae, non vero dignitatis supremæ titulus competit.

XXXIII. Quamvis autem apud nos eundem titulum si-  
bi vindicent, tamen eandem portionem non habent, quicquid enim iis assignatur non per modum divisionis seu jure proprietatis & tanquam pars paternæ hereditatis, sed per modum provisionis & alimonii causa accipiunt. Si enim totum regnum est primogeniti dignitas, hereditas & legitima, & consuetudo regni suadet, ut ultragenitis apanagium quoddam constitutatur; illa constitutio talis esse debet, quæ non pugnet cum jure regni individi, quod tamē fieret, si per modum alienationis aut divisionis daretur apanagium. Hæc autem postgenitis assignanda portio constituitur, quandoq; in pecunia numerata seu certis redditibus annuis, da ein gewiß Einkommen von der Rentkammer jährlich geliefert wird; quo referri potest exemplum in V. T. Gen. 25. v. 6. Ubi Abraham filio suo Isaaco bona per modum universitatis, cæteris vero certa dona reliquit. Sic in testamento paterno Albrechtis E. Brand. de anno 1473. postgenitis Apanagiatis 1000. aurei Rhenani in annum apanagium constituti, quam summam in testamento suo Marchio Brandenb. de anno 1507. duplicavit in verb. und ihr einem eines jeden Jahres 2000. Gulden Reichsch jährlich geben sollen / so lange bis sie mit Bisthümer versehen werden / Myler. de stat. Imp. c. 22. p. 251. Springf. c. 8. n. 18. & seqq. Limn. tamen ad A. B. c. 25. §. 2. obs. 3. perhibet ultragenitis in familia Electorali Brandenb. in genere usque dum annum 18. compleverint. deberi alimenta & postea annuatim 6000. Reichsthaler pro deputato. In quamplurimis etiam præsertim Italiae principatibus minores fratres certis annuis redditibus contenti esse jubentur Betf. d. Pact. Fam. Ill. pag. 341. ubi plurima exempla producit.

XXXIV. Sed hic non inelegans quæstio oritur, ex quibus ergo bonis Princeps fratribus suis, an ex patrimonialibus,



bus, an ex fiscalibus, an domanialibus apanagium constituere  
debeat? Dd. communiter ex domanialibus volunt: &  
*Springsf. per tot. c. 7.* probare hoc conatur ut & *Dn. Diedrich. ad  
A. B. tit. 25. pag. 104.* adeo ut nequidem in casu necessitatis cogatur  
ex propriis bonis apanagium dare; Verum pace tantorum  
virorum ab hac sententia dissentire cogor; cum ex omnibus bonis  
principis, si domanialia non sufficiant apanagium assignandum  
esse puté: Si enim patrimonialia, quæ de principis propria  
substantia sunt *l. 3. C. de quadr. pres.* certe naturalis stimulus eum  
ad assignationem fratribus faciendam ex his monet, ne scil. fratres  
egentes & abjectos videat: Si fiscalia sunt, quæ principi  
ad tuendam dignitatem suam populi voluntate, & præcipue  
ad statum Reipl. conservandum attributa sunt *d. l. 3.* in quo differre  
putantur à domanialibus, quæ ad victum præprimis cultumque  
principis instituta: certe & regni interest, ut ultrageniti  
suas portiones habeant, ne scil. paupertate duro necessitatis  
telo adacti in Reipl. turbas dent. Non moror hic *Springsf.*  
*qui all. loc. n. 32.* putat si domanium ita imminutum sit, ut apanagium  
non ferat; ad domanii augmentandi media, quæ varia præscribit,  
recurrendum esse: nam si vel bello, vel paupertate subditorum,  
vel immoderata aula vel oppignoratione vel alio modo exhaustum  
sit domanium, non facile restitutio erit speranda; unde ergo  
interea temporis alimentationem habeant, utique ex bonis  
patrimonialibus vel fiscalibus si adsint, cum ex æquitate  
naturali princeps obstrictus sit fratribus alimentum præbere  
occasione hujus *Springsf. all. loc. n. 17.* quarrit, num etiam in  
Imperio Rom. Imp. fratribus ex Domanio Imperii apanagium  
constituendum sit? & hoc negat: præcipuum ejus fundamentum  
est, quod scil. apanagii constitutio tacitam quandam successorii  
juris inductionem præ se ferre videatur: sed si nostra Respl.  
in eum deveniret statum, ut talis Imp. salutaretur, qui plane  
nulla bona hæreditaria habere, nam alias ex illis fratribus  
apanagium assignandum esset, quod tamen vix eveniet, &  
potius invictissimo nostro Leopoldo longissimam vitam,  
felicissimumque regimen apprecamur, utique putarem, ex  
illis certam pecuniæ summam, si non haberent aliunde, unde  
regie vivere possent, assignandam esse: nec hoc ullam successionem

nem



nem saperet. cum morte apanagiati & apanagium exstinguatur  
ut infra audiemus; & in regnis electivis a que locum habeat.

XXXV. Constituitur etiam apanagium quandoque  
in certa provinciae parte, & hoc jam diu in usu fuit. Sic Cyrus  
apud *Xenop. lib. 8. Cyrop. m. p. 252.* Cambysen in sua extrema &  
sapientissima oratione Regem instituit & successorem regni;  
Tanaaxori autem Medorum, Armeniorum & Adufiorum pro-  
vincias attribuit. Sic Artaxerxes Mnemon Cyrum juniorem  
reliquit in praefectura Lydiae, & orarum maritimarum quam  
Darius Nothus pater ipsi assignarat. Sic apud Saxones ut re-  
fert *Albin. in der Meinsch. Chron. lib. 1. tit. 16.* primogenitus  
succesit in Ducatu, reliqui vero fratres Dominatus dignitates  
impetrarunt. Sic Parthorum, Aegyptiorum, Persarum, Assy-  
riorum, Asiae Africaeque Reges omnes postgenitis fratribus in  
apanagium urbes ac praedia concessere, ut testatur *Bodin. lib. 5.  
d. Repl. c. 5. Betf. all. loc. p. 341. & seqq.* qui & de pluribus Impe-  
rii Principibus hoc asserit. Sic in Gallia Rex Philippus consti-  
tuit, ut ditionem aliquam fratres minores acciperent *Hottom.  
lib. 1. de antiq. regno. Gall. c. 9.* sic & olim ultragenitis in Polonia  
urbs Siradia cum suo districtu apanagii loco fuit concessa; In  
regno Sveciae certus etiam Ducatus eis assignatur *author de-  
script regn. Svec. lib. 1. Springsf. c. 8.* Aliquando & in pecunia &  
in ditionibus simul apanagium datur: exemplum habemus in  
sacris 2. *Paral. 21. v. 3.* Ubi Rex Josaphat joramo totum regnum  
tradidit, quia erat primogenitus, (sunt verba textus) reliquis  
fratribus & civitates quasdam assignavit & aurum argentum  
gemmarumque copiam inter eos distribuit, idem in apanagio  
Joh. Comitis Embdensis Caesareum decretum d. anno 1589. con-  
stituit; Daß Graff Johann nicht allein drey Nempter und Häu-  
ser nemlich / Herord / Grezil und Stickhausen / pro apanagio, son-  
dern auch dazu 2000. Thaler jährlich zum sichern deputat aus der  
Stad Embden assigniret worden.

XXXVI. Sed si nec pacto, nec consuetudine nec testa-  
mento patris certa quantitas apanagii ultragenitis est assigna-  
ta, an in solo primogeniti arbitrio positum, quantum velit  
fratribus tribuere? *Springsf. c. 8. n. 22.* hoc quidem putat sed  
rectius *Arnif. lib. 2. c. 2. sect. 9. n. 32. Myler. de stat. Imp. c. 22. & nobi-  
lifs.*



*liff. Praeses in discurs. ad Becker. lib. 3. c. 7. n. 7.* simul arbitrium judi-  
cis vel boni viri determinantis requirunt, qui judicet quantum  
alimenti loco sit ipsis praestandum *arg. lib. 1. Ubi pup. educ. deb.*  
quoniam quae jure decisa non sunt pertinent ad arbitrium judi-  
cis *lib. 1. in f. de jur. deliber. Heig. lib. 1. quest. 25. n. 36.* Est autem  
secundum facultates & pro fructuum proportione nach verind-  
gen väterlicher Güter apanagium constituendum *arg. l. 22. §. pu.*  
*ad Sc. Trebell. §. 15. §. 10. & 19. d. agn. vel alend. liber. ne tenuitate*  
*provisionis vitæ inquinatae & dissolutae occasio præbeatur. Bets. d.*  
*Paët. Fam. Ill. p. 711. Hinc Diedr. ad A. B. tit. 22. p. m. 104.* sententia rige-  
rosa mihi videtur, qui vult ut nō habeatur ratio aestimationis ipsi  
Principatus neq; reddituum, sed tantū, ut secundo geniti se hone-  
ste alere queant. Alimenta enim ex dignitate personæ ut & princi-  
patus judicamus quippe ex illustri familia nati, splendide quoq;  
sunt tractandi ihren Stand gemäß quo familiae suae splendorem  
conservare queant *l. 13. in pr. d. administ. tut. l. 1. §. 19. l. 4. §. 1. d.*  
*ventre in possess. mittend. Myler. ut & Becker. videantur all. loc.* Il-  
lustris siquidem persona quamvis victum suum habeat, juxta  
dignitatem suam verò cætera non habeat, certe pro ratione sta-  
tus sui mendicare dicitur *Extrav. Execrabilis vers. Unde inter cæ-*  
*tera, in verbo mendicant.*

XXXVII. Subintrat hic difficillima & à Dd. ab utra-  
que parte agitata quaestio; an apanagium constituendum sit  
postgenitis juxta quantitatem legitimæ *in Aut. novissima C. d.*  
*inoffic. testam.* definitam & jura ejusdem? Alii inter quos præ-  
cipuus est *Afflictus*, & inter novitios *Myl. in add. ad Rum. A. B. n. 3.*  
*diss. 8. th. 12. lit. B.* allegatus à *Diedr. ad A. B. tit. 25. in f.* hoc af-  
firmant. Eorum fundamenta primaria sunt, quod de jure feu-  
dali nihil dispositum reperiatur de hac legitima filiorum, hinc  
in omnibus in quibus non diversum statuit, adhuc jus commu-  
ne sequendum, præsertim cum plane irrationabilis illa con-  
suetudo sit, quæ liberis legitimam adimit, jure naturali debitam,  
quæ etiam in bonis confiscatis reservetur aestimata ad dimidiam  
hæreditatis partem *l. 7. ff. de bono damnat. l. 10. C. eod. accedere,*  
quod legitima de jure naturæ debita non possit in solo usufru-  
ctu relinqui, sed cum eâ una proprietas liberis sit relinquenda  
*Aut. novissima all. sept. l. 37. ff. de servit. leg.* multo minus in ali-  
F men-



mentis, quorum perceptio servilis, & libertinorum potius videatur quam liberorum & ingenuorum hominum ut colligi volunt *ex tot. tit. ff. d. alim. & cib. leg. l. 10. de cap. minut.* Ideoque huiusmodi assignationem in contumeliam potius quam in honorem ultragenitorum vergere. Nos potius illorum sententiam album addimus calculum, qui quidem apanagium personis ultragenitorum conveniens constituunt, sed non jure legitimæ *arg. l. 3. §. 3. ubi pup. educ.* etenim legitima debetur jure hæreditatis successioneve ab intestato *all. supr. Aut. novissima*, qui igitur excluditur à successione; excluditur etiam à legitimæ petitione. Jam ex supradictis satis patet, apanagium non jure successione sed provisionis concedi, unde & incerta est quantitas assignationis, nisi aut pactum familiæ, aut testamentum patris, aut aliud aliquod diversum svadeat, alias ultrageniti ad quantitatem legitimæ non possunt provocare *Berlich. p. 3. conclus. 11. n. 13. & seqq.* nec aucto principatu ad augmentum apanagii agere. Denique dominium non transfertur in apanagio; secus tamen in legitima. Alias adhuc rationes *Guilh. à Monser. tr. de succes. Reg. Franc. dub. 4. n. 7. & Springsf. c. 12. n. 20.* adferunt. *Vid. Doming Præs. ad all. loc. Becker.* Quidam Dd. litem dirimere conantur distinguendo, an scil. patri succedant, an agnato, si huic, tunc non necesse esse ut æquale legitimæ sit; si vero illi, tunc apanagium tantum debere esse, quantum legitima. Verum hæc distinctio nec in jure nec in observantia firmam sedem habet; aliter adhuc *B. Arnif. all. loc. n. 25.* inter alimenta scil. quæ ex officio judicis, aut dispositione legis, & quæ ex actione debentur, distinguit. Quæ obstant, consilii reservabimus. Notandum tamen quod in illustri domo Hassiaca, quantitas apanagii ad quartam omnium bonorum redacta sit, & hinc proportionem legitimam sapere videatur. Interim *Illustriss. autor supr. all. des Tractat. Wie ein Fürstlich Haus zu erhalten* / plurima egregia monita & consilia profert, quantum scil. singulis ab ineunte ætate annis apanagiato sit assignandum.

XXXIIX. Merito igitur prospiciendum ne modum apanagia excedant: quippe cum sit tantum alimentaria provisio; & hoc salutis totius Reipl. poseit, ne ob Provinciarum amplitudinem elati, seditiones & turbas in eâ dent, quod sæpius  
in



in Gallia factum. Sic Dux Alenconius Henricum III. fratrem primogenitum adigit, ut tres adhuc sibi principatus Bituriges, Turones & Andes traderet. Sic & in Polonia cum Boleslaus III. Sbigneo fratri notho concessisset Masoviam, Cujaviam & Callisiensem tractum Sbigneus elatus, cum Bohemis & Pomeranis in fratrem conspiravit; unde postea veniâ impetrata cautiore Masoviam tantum ipsi reliquerunt. Svadent idcirco Publicistæ facilius externas provincias novo jure acquisite sive bello, sive nuptiis, sive emptionis titulo fratribus relinquendas esse, quæ scilicet ad regni & ditionis avitæ integritatem non pertinent. Videatur *B. avus Arnif. lib. 2. c. 2. § 9. n. 36.* qui plurima exempla adducit; quod si vero tales adventitiæ provinciæ non adsunt non facile limitaneæ aut maritimæ, sed in medietate regni sitæ, sunt concedendæ; ita tamen ut nulla propugnacula ipsis assignentur, ut turbas moturi præsentis & vicini, eorum consilia facilius opprimi queant *Becker in Syn. J. P. lib. 3. c. 7. §. 7.*

XXXIX. Sed quid si ultrageniti aliunde habeant unde vivant, quemadmodum sæpissime evenit, ut principes domo ejecti, aliunde terras acquirant vel bello, vel nuptiis, vel testamento, vel ex bonis Ecclesiasticis, num nihilominus apanagium petere possunt? Magni nominis Juri hoc negant, inter quos *Tiraq. de primog. q. 4. n. 35. q. 58. n. 11. q. 75. per tot. Decian. vol. 1. Resp. q. n. 44. & seqq.* quoniam alimenta pro tempore præterito non debentur ei, qui jam se aluit *l. 5 §. 19. & 25. d. agn. vel alend. liber.* præprimis cum alimenta tantum in subsidium dentur; cum nec pater cogatur præstare alimenta liberis, qui aliunde se possunt alere *l. 5. §. 7. d. r. multo minus frater.* Si itaque primogenitus ultragenitis alimenta debet præstare hoc intelligendum, ni fratres ipsi habeant, unde se exhibere possint: accedit quod cesset causa impulsiva apanagii, quæ est alimentorum favor, quia alimenta miserationis causa debentur. Hisce nihil obstantibus, affirmativa potius arridet sententia, apanagium enim surrogatur alimentis, eorumque locum subintrat, jam alimenta debentur etiam ei, qui se aliunde alere potest, sive hæc habeat ex dispositione legis, sive hominis; hocque ex eo patet, quod is alimenta petere possit præterita quibus non amplius eget *l. 18. §. 1. d. alim. & cib. leg. l. 1. inf. C. de fidei comm. objecta lex 5. loquitur*

F 2 de ege-



de egeno patrono, ubi diversa ratio. Apanagium exemplo legitima debetur, quis vero dixerit, liberos qui alias habent alimenta, legitimam petere non posse; cum portio legitima non jure hæreditario vel ex testamento sed jure naturæ filio debeatur, atque ideo propter divitias aliunde quæsitæ ab ejus petitione non arcetur, maxime cum quæ in favorem introducta sunt, non debeant verti in invidiam: nec fortuita accessio extinguit jus à natura debitum, & nemini sua fortuna aut bona industria acquisita, debent esse damnosa. Denique hanc nostram sententiam, observantia quæ præcipue introspicenda est, corroborat: Sic Regi Navarræ apanagium constitutum fuit ven 40000. *Mfunden Thuan. lib. 62. Hist.* alia exempla vid. apud *B. Arnise. lib. 2. f. 9. c. 2. n. 24. & Springsf. c. ult. n. 48. Hic Bets. d. Patt. F. J. pag. 347.* distinguit inter consuetudinem, quæ integram hæreditatem relinquit primogenito, & nihil dicit de alimentis ultragenitis præstandis, in quo casu non esse ultragenitis apanagium constituendum, si aliunde habeant, unde honeste vivere possint, putat: secus vero si consuetudo relinquat cæteris fratribus vel alimenta simpliciter, vel aliquid loco alimentorum: sed hoc admittere vix possumus quoniam ex jure naturæ apanagium fuit. Interim notandum, quod in domo Brandenb. contrarium receptum, nam ex *Marggraff Albrechts zu Brandenburg Churfürstlichen Theilung de anno 1407.* hoc elucet. Ibi: *ut refert Springsf. de apan. c. ult. n. 5. Daß ein Geistlicher Marggraff jährlich 1000. Meinsche Gulden haben sol / bis er mit einem Bisthumb versehen werde.*

XL. Sed antequam ad jura, quæ in suis assignatis ditionibus apanagiati habent, progressum faciam, lubet quærere, an Bastardis seu filiis naturalibus apanagium constituendum? Et hos de jure Feud. ad successionem non admitti dubium non est per *2. F. 26. §. naturales.* quoniam domino paribusque curiæ minus honorificum esset, in suo consortio & sodalitia, homines esse natalibus suis maculatos, ita ut etiam legitimati per *d. §. naturales* excludantur, quod tamen de legitimatis per rescriptum Principis atque oblationem curiæ est intelligendum, non verò per subsequens matrimonium, ut communis *Dd.* sententia est, qui in feudis æquè ac in rebus aliis vel soli, vel una cum aliis succedunt,  
cum



cum per fictionem juris matrimonium retrahitur ad tempus na-  
tivitatis filiorum *arg. c. 5. & c. 6. ext. qui filii sint legit.* sicq; in Camera  
Imper. judicari testatur *Gail. 2. observ. 141. n. 2. Mynf. 5. observ. 42. & 15.*  
*obs. 52. ut & in Consistoriis Saxonis Sneyd. de Feud. p. 6. n. 13. an verò*  
*quod hi legitimi succedant, hoc juri feudali, an verò usui & In-*  
*terpretibus adscribendum sit, dissentiunt inter se Dd. Alii poste-*  
*rius affirmant, inter quos celeberr. Struve in synt. Feud. c. 9. th. 3. Alii*  
*prius, inter quos Snobel. in Exercit. jur. Feud. 6. th. 10. Accuratè de*  
*hiscè Nobil. noster Nerger in suis priv. prel. ad all. loc. Snobel. Sed quan-*  
*quam non succedunt, non tamen inde sequitur, ergo alimenta*  
*ipsis non debentur; nam videmus, omnibus animantibus jure*  
*naturæ & sanguinis conjunctione deberi à parentibus alimenta,*  
*præsertim cum quod in lucem editum per se subsistere non pos-*  
*sit, & DEUS T. O. M. velit homines nasci, ut vivant, ut contemplan-*  
*tur, & venerentur ejus admiranda opera; jam autem æquè is, qui*  
*ex spurio, quàm legitimo semine natus est, Dei opus est. Et si vel*  
*maximè alterum vinculum, veluti agnationis, nobilitatis, genti-*  
*litas successione solvitur, manet tamen alterum, nempe natu-*  
*rale Gabr. Palæot. d. Spur. c. 47. Rectè autem jura circa alimentatio-*  
*nis materiam inter illegitimè natos distinguunt, alios namque*  
*dicunt naturales natos, nimirum ex concubinato, alios spurios,*  
*qui vulgo concepti sunt, alios adulterinos, alios denique ince-*  
*stuosos Partol. Pratej. in Lex. jurid. ad verbum Spurius quintam ad-*  
*huc speciem, eos scil. qui ex stupro nati sunt, addit: Inter quos a-*  
*dulterini & incestuosi ne quidem de jure civili alimenta acci-*  
*piunt, quâ in re jus Can. à jure civili dissentire communis Dd. o-*  
*pinio est, æquitasque idem suadere videtur, quamvis de subtili-*  
*tate juris aliud dicendum sit, nam cap. 5. ext. de eo, qui dux: in ma-*  
*trim: qua per adult. loquitur de speciali casu, quando quis eam,*  
*quam polluit adulterio duxit in matrimonium, filii itaque in*  
*hoc casu non nati sunt, vivente adhuc prima uxore, sed post ejus*  
*mortem, & sic non adulterini sunt: hoc itaque secundum matri-*  
*monium jure civili subsistere potuit, novo consensu firmatum.*  
*Jus verò Can. ideò diversum statuit in hoc casu quod suspicatur,*  
*ne vivente prima uxore quid contra illius vitam fuerit tenta-*  
*tum. Accedit quod in c. 13. ext. qui filii sint legit. in f. & per t. rigorem*  
*juris civilis Pontifex approbet, Palæot. de spur. c. 46. Meier. in Coll.*



*Argent. ad tit. ff. de agnosc. vel alend. liber. th. 8. & Magnif. Rector, Dn. Klengel ad eund. tit. cum verò à communi Dd. opinione dissentire hodie maxima religio sit, ut inquit Palæol. all. loc. nosq; magis æquitatem quàm rigorem juris sequi debeamus, meritò concludimus, in illustribus familiis incestuosos etiam alimenta accipere debere. Cæteri verò, si à patre agniti & in regia educati, Tilius de Reb. Gall. apanagio etiam gaudent; Guilb. de Monfer. de tract. dub. 2. n. 3. Atque ita in materia apanagii iudicatum fuisse in senatu Siculo testatur Don Garzia Masfril. decis. 85. per tot. Cum Leslo III. Rex Poloniae, unicum tantum filium Pompilium ex legitima conjugè, ex pellicibus verò viginti filios naturales genuisset; illi regnum dedit, inter hosce verò maritimas oras Slavorum, Rugianorum & Cassubitarum usque ad Misniam & Westphaliam distribuit. Sic & in th. 38. de Boleslao III. exemplum adduximus, qui Stigneo fratri notho apanagium constituit.*

XLI. Sed si primogenitus sit natus ex plebeja, secundo verò genitus ex illustri, quæritur, quis apanagiatus fieri debeat? si secundum jus commune procedere volumus; dicimus primogenitum; filii enim non matris, sed patris conditionem sequuntur, nec primogenitus à suo jure depelli potest, ob matris obscuritatem, cum id tantum modo introspicendum, an matrimonium legitimè initum. Pro contraria autem sententia facit, quod in matrimoniis non solum quid liceat considerandum, sed & quid honestum sit *l. 42. d. Rit. N.* & hinc Senatorii ordinis viri eorumque liberi nuptias indignas contrahere non potuerunt *l. 16. l. 42. l. 43. 44. d. t.* & imprimis notabilis est *l. 49. eod.* Talia etiam matrimonia pleraque fuisse fatalia, plurimis exemplis deduxit *Betsf. d. Pact. fam. Ill. p. 158. & seqq.* Et quam exitiosum Erico Regi Sveciæ exstiterit matrimoniū cum lictoris filia contractum, toti orbi notum: optimè ergo faciunt principes abstinentes à tali matrimonio: an verò idcirco liberi ex tali utique legitimo matrimonio prognati, suo jure privandi dubitamus, cum nullam expressam constitutionem tale matrimonium prohibentem in Germania inveniamus; exempla quidem à *Besoldo lib. 1. diss. nominop. 9. th. 10.* hæc allegantur: *Vivit hodie in Germania, inquit, princeps, qui eandem propter causam minima paterna hereditatis portione*  
*vivit*



vivit contentus. Sic & Fridericus Victoriosus Elector Palatinus filios duos ex femina quadam suscepit, quam licet habuerit postea uxorem, natu tamen majorem Canonicum Spirensis; alterum Comitem tantum in Zwenstein effecit. Sed hæc exempla valdè obscura sunt, cum ex priori matrimonio fortè adfuerint, qui succederent. Idem de adoptivis statuit *Springsf. c. 3. 272.* illis apanagia esse assignanda ex eo, quod scilicet alimenta ipsis debeantur. Dubium tamen non minimum mihi facit, quod adoptivi non veniant filiorum aut liberorum nomine, cum liberos naturaliter susceptos intelligendos esse, ipsa subjecta materia suadeat *l. 51. §. f. d. leg. 2. l. 76. ff. de C. & Dem.* & quamvis jure civili succedant, de jure feudali tamè nullam partem habent, nisi aliud pacto aut consuetudine loci sit receptum, per *2. F. 26. §. adoptivos*, quoniam à primo acquirente non descendunt, ad quos & dans & accipiens feudum respexisse videtur in investitura; hinc est, quod dicitur, feuda dari sanguini non extra sanguinem. Jam adoptione jus sanguinis non conferitur *lib. 23. de adopt.* accedit, quod si adoptivum admitteremus invito domino Vasallus alienæ familiæ obtruderetur, ipsiq; agnati excluderentur contra textum *2. F. 12. vers. ne fortè vid. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 17 & seqq. Nobilijs Struve in Synt. jur. Feud. c. 9. th. 3. n. 5. Snot. bel. Exerc. Feud. 6. n. 9. ibiq; Spectabil. Decan. Dn. Nerger.*

XLII. Sed progrediendum & videndum, an primogenito apanagati sint subjecti? hic potius manum de tabula, cum ardua & spinosa sit quaestio; Certè in regnis, ubi omnia ad primogenitum spectant, dubium non est, quin ultrageniti eum tanquam dominum venerari, & dominum clementissimum salutare debeant: quod & in Gallia teste *Bodino 6. de Repl. 5.* obtinet. Ita ut ceu Pares regni juramentum fidelitatis & assecurationis præstent. *Springsf. de apan. c. 11. n. 15.* & ita in amore, officio & obsequio erga fratrem majorem contineantur, ut neque de tenuitate apanagii conqueri audeant, licet Rex succedens de ea aliquid de falcare non prohibeatur, ut refert *Besold. dissert. no. micop. 5. n. 10.* Sed illud in nostra Rom Germanica Repl. haud procedit, longe enim splendidior est postgenitorum conditio, nempe qui primogenito ne in minimo quidem subjecti, & potius eundem cum primogenito gradum, titulum & dignitatem habeant *Besf. d. pact. Fam. ll. c. 8. pag. 436.* Denn alle die jenigen die von Stamme gebob-



geböhren werden/ seynd des Reiches Fürsten und Grafen : par au-  
tem in parem non habet jurisdictionem l. 4. de recept. arbit. male  
itaque Knips. d. Fidei com. Fam. Nob. c. 6. n. 229. putat quasi primo-  
genito ad homagium & fidelitatem essent obstricti ultrageniti :  
Et Besold. l. 1. dis. nomicop. 5. th. 7. primogenito, inquit, etiam quo-  
dammodo subsunt ceteri fratres. Sed hic excusandus, si hoc in-  
telligatur respectu apanagii, non verò personæ apanagiati. Un-  
de & in casu necessitatis respectu personæ suæ se posse alterius  
Status, vel etiam exteri Monarchæ protectioni subicere puta-  
mus arg. Pacif. Osnab. art. 8. §. gaudeant, quoniam sese defendere,  
ac sibi ac bonis suis consulere quærendo defensores jure natura-  
li licitum est l. 3. de J. & J. quæ res minus dubii habet, ubi consulto  
imperatore suscipitur. Sed ratione apanagii aliud dicendum, in  
quo tantum speciem ususfructus habent, proprietas verò primo-  
geniti est, cui etiam tanquam ordinario magistratui subditos  
apanagii tueri incumbit lib. 6. §. 2. de off. Pres. contra omnem in-  
vasorem l. 7. §. 1. d. capt. & postlim. revers. qui nec inscio Domino pro-  
tectionem aliam eligere, nec ceteri principes eos recipere  
possunt A. B. tit. 16. R. J. zu Speir de Anno 1529. tit. Ordn. des Landt. Fr.  
§. Wie auch Churf. & de anno 1541. §. und damit R. J. de anno 1544.  
§. doch sol kein Stand Myl. de stat. Imp. c. 22. in f. Nobiliss. Pres. ad lib. 3.  
c. 8. n. 7. syn. Beck.

XLIII. Ideo & Jus Austregarum habent; nam in Ord.  
Camer. p. 2. tit. 2. de omnibus tam mediatè quàm immediatè im-  
perio subjectis, ubinam sint conveniendi agitur, nihil tñ. speciale  
disponitur de iis, qui administrationem non habent, hinc & sub  
generali dispositione comprehensi censentur arg. l. 15. §. 26. de in-  
jur. & præcipuè illa dispositio in genere de Electoribus. Princi-  
pibus & principali dignitate pollentibus, qui in prima instantia  
Camera jurisdictionem agnoscere cogantur, loquitur: jam &  
Apanagiati dignitatem & nomen Principis tuentur, nullumque  
aliud forum competens habent. Accedit, quod hoc privilegium  
Austregarum sit personale, nō patrimoniale. Notandum verò hîc,  
quod lites de apanagio non ventilandas esse in judicio Austrega-  
rum Imperii, Dd. concludunt, quasi Austregæ in causis sumariis &  
executivis, ut & in alimentis non habeant locum, secus verò est  
in Austregis familiæ conventionalibus Springsf. c. 11. n. 93. & seqq.

De



De origine autem hujus judicii elegantissimè differit *celeberr.*  
*Polybist. Conring. in diss. de judic. Reip. Germ. th. 53. & concessum præpri-*  
*mis statibus immediatè subjectis, ne deterioris essent conditio-*  
*nis mediatis, & ut eò citius terminarentur lites, nec tot onera-*  
*retur Camera causis* *Limn. lib. 9. cap. 5. num. 73.* Notabilem  
etiam differentiam inter status immediatos majores & mi-  
nores in hoc judicio Austregarum, adferunt *Dd. Gail. 1. obs. 1.*  
*num. 18. & 46. Beck. syno. Jur. Publ. lib. 3. cap. 14. §. 6.* Quod si verò  
Apanagiati vel alii criminaliter accusantur, non possunt uti  
hoc beneficio, cum merum Imperium non transeat, nisi spe-  
cialiter sit largitum *l. 1. de off. ej. cui mand. jurisd. & c.* At in ordina-  
tione Camerali hoc ipsis concessum esse, non reperitur. Imò ju-  
dices Austregarum sunt quodammodo compromissarii *Franz.*  
*ad tit. ff. de rec. arbit. n. 6.* in criminalibus autem non potest admitti  
compromissum, cum absolum esset, in hisce causis actori & reo  
judicis eligendi copiam permittere. dissentit *Umm: de process.*  
*diss. 4. th. 10. n. 15.* An verò Apanagiati in judices Austregarum eligi  
possint? Hoc de conventionalibus Austregis familiæ affirmat  
*Springsf. cit. l. n. 152.* de Imperii verò negat: & rectè, quia in *ord. Cam.*  
*p. 2. t. 2. Rub: Wie und vor welchen Richtern ic. sub verbis: Dem Klä-*  
*ger 4. Regierende Churfürsten oder Fürstenmäßigen / apanagiati*  
non possunt comprehendi: accedit & ratio, quod hi melius da-  
tam suam sententiam exequi possint.

X L I V: Hic sese non inelegans campus investigandi ex-  
serit, an Apanagiati sint Status Imperii; Et hoc cum *Besold. d. 7. P.*  
*p. 3. c. 5.* ut & aliis negamus, quoniam nec votum nec sessionem in  
comitiis habent, quod unicè de essentia veri ordinis ac status,  
ejusq; proprium: cum omnis civis socius sit civilis societatis: ve-  
ri autem socii sit suffragium ferre & sententiam de rebus ad so-  
cietatem pertinentibus; apertam siquidem implicaret contradi-  
ctionem, esse alicujus civitatis verum socium, nec tamen jus suf-  
fragii in ea obtinere *Celeberr. Conring. in dissert. de civib. & civit. &*  
*in diss. de Germ. Imp. civ. th. 3. & seqq.* Errat igitur *Limn. lib. 1. c. 7. n. 9.*  
*& seqq. ut & in utroq; tom. add.* qui probare conatur hoc tantum  
accidens esse. Cujus tamen argumenta vix aliud probant, quam  
quod vocabulum status aliquando abusivè & generaliter sumat-  
ur, ita ut omnes principes Imperii comprehendat. *Excell. Pres.*  
*ad syn. Beck. lib. 3. c. 2. §. 5.* Immeritò itaque *Diedrich ad A. B. tit. 25. p. 96.*

G

accu-



accusat *Springsf.* quod hic in *l. ii. n. 137.* apanagiatos neget esse status: cum ille ex *Limn.* putet, quamvis hi nec votum nec sessionem habeant, tamen per se consideratos esse status. Facile hinc videmus, per accidens tantum fieri ut talis socius imperii matriculæ sit insertus, nam cum quædam sint *Respl.* quæ nullum habeant album, nec ante *Sigismundi* tempora certa exstet memoria matriculæ in nostro Imperio *Limn. l. c. 7. n. 63. Conring. in diff. de Germ. Imp. civib. tb. 46. & seqq.* sequeretur, quod ante illa tempora nulli fuissent Imperii ordines. Matricula igitur non ad ipsius essentiæ necessitatem, quasi alias nullus status imperii esset, quam probationis requiritur. Nullam etiam adhuc perfectam matriculam habuimus, cum in proximis comitiis ultima sit reformanda *Pac. Osnab. art. 8. Conring. all. loc. Dn. Pras. ad syn. Beck. all. loc. § 2.* dissentiant quamplurimi *Myler. de stat. c. 11. Beck. in syn. c. 2. lib. 3. § 2.* Sic & de essentiâ status non est, ut in publicum ærarium aliquid conferat, aut territorium immediatè ab *Imp.* possideat, uti *Gail. t. Obser. v. 21.* vult, nam & status quidam immunitatis jus consecuti sunt, ut *Austria* Archiduces, vid. *Limn. tom. 1. add. p. 497.* *Sabaudia* Duces si *Webnero* fides. Quidam etiam collectas solvunt, nec sunt Status als die frey Reichs Ritterschafft. Sic Statum Imperii esse, non est Patrimonii qualitas, sed personæ dignitas, non glebæ pretium, sed summi Principis ac Ordinis Imperii præmium *Magnif. Reink. lib. 1. cl. 4. c. 17. n. 94.* Hinc concludunt *Dd.* quamvis aliquis præter titulos & tumulos majorum nihil possideat, & nulla alia præter mediata bona habeat, posse tamen eum manere statum & retinere jus comitorum *Spreng. in syn. f. P. c. 6. in f. illi etiam qui immediatè Imperatori subsunt, non statim sunt status per R. J. de anno 1564. zu Wormbs s. Und wollet wir als Römischer ibi gegen denen so nicht Stände des H. Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen Beck. lib. 3. c. 2. § 5. Sprenger. all. loc. p. m. 159.* Unde & Apanagiati quamvis sint immediati, tamen non sunt status ut & quidam Duces *Italiae*: nec non Civitates quædam Imperii: Item die Pfand Emhabere eines Fürstenthumbs.

XLV. Sed ad ipsum apanagium & assignatam ditionem sese nostra flectet disputatio: & aliud est personale, quod personam non egreditur sed cum persona interit: & aliud reale quod hereditarium atque in hæredes transiens est. De priori explicandus est

est



est *Knips. c. 6. n. 226.* quando apanagium ad hæredes transferri non  
posse inquit, sed aucta familia omnibus ex ea descendentes suã  
provisionẽ & alimenta esse assignanda: Hæc autem ejus sententia  
fundamentum hætenus in jure habet, siquidem alimenta morte  
finiuntur, & ad hæredes non transeunt *l. 8. §. modus in f. de transact.*  
De observantia verò filii ex æquo succedunt, videturq; apana-  
gium Apanagiato pro se & descendentes suis datum. Et hinc  
nec jus primogenituræ regulariter in apanagio locũ habet: sine  
liberis masculis autem moriente, aut ad coronam & principa-  
tum aspirante Apanagiato, portio illa demum revertitur ad  
regnum, & cum bonis regiis domanioq; iterum coalescit *B. Ar-  
nis. lib. 2. c. 2. §. 9. n. ult.* Imò quod verius, inquit *Perez, ad tit. C. de jur.*  
*fisc. n. 10.* penes domanium semper manet, solo usufructu provisionaliter  
concesso, alias contingeret regium patrimonium sensim diminui ac e-  
nervari, quod & *Coppin. de Doman. lib. 2. tit. 5. & seqq.* attestatur,  
usumfructum reliquos filios tantum accipere: fiduciarium verò  
jus apud regnum remanere cum suprema jurisdictione. Simili  
modo nec jus accrescendi locum habet, sed si quibusdam ultra-  
genitis apanagia sint constituta, altero absque hærede masculo  
mortuo ejus apanagium non fratribus accrescit, sed domanio  
consolidatur. *Guilh. de Monfer.* hoc probare conatur primo *arg.*  
*l. 74. ff. de C. & Dem.* Deinde quod hæc apanagiandi consuetudo  
sit contractus; in contractibus verò jus accrescendi non habeat  
locum: sed has rationes insufficientes puto. Quamvis sententia  
per se verissima; nam omnibus fratribus ultragenitis non portio  
assignatur in genere, quam pro rata inter se distribuunt, sed u-  
nusquisque singulare planeq; diversum apanagium accipit:  
denique si totum apanagium ad coronam redit, utique & pars  
deficiente hærede: Duo præjudicia in hanc rem adfert *Springsf.*  
*c. 11. n. 53.* talisq; casus in Parlamento ut vocant omnium Sancto-  
rum decisus est Anno 1283. pro Rege Philippo Pulchro, qui pa-  
trui Alphonfi absque liberis descendentes Ducatus Picav. & A-  
vern. regno consolidabat: contra defuncti frater Carolus Rex  
Siciliæ sibi eos tanquam proximus agnatus vindicabat. Nec te-  
stamenti factionem habent, res enim restitutioni obnoxia, non  
possunt in ultima voluntate alienari, neque licet rem cujus u-  
sumfructum quis habet in alium transferre vel alienare *§. ult.*



*J. de Usufr.* quomodo autem Apanagium ab usufructu differat vid. *Springsf. c. pen. n. 81.* Interim hoc tantum de rebus immobilibus intelligendum, secus verò de mobilibus, quæ ex usufructu apanagii acquiræ: de his tanquam de bonis propriis testari potest, & si intestatus decedit, ad proximum agnatum ea pertinent; atque sic in decret. Cæsar: inter Comites Ostfrisiæ cautum *Springsf. c. 9. n. 41. Rumel. ad A.B. p. 3. diss. 5. th. 13. Besold. diss. nomencl. 5. lib. 1. n. 15.* Idem obtinere putamus, si apanagium in certa pecuniæ summa fuerit constitutum, & pensiones aliquot parsimonia lucrifacæ.

XLVI. Superioritatem territorialem etiam non habent in suis portionibus assignatis, sed eo saltem titulo, quo viduæ illustres sua dotalitia ihre *Widdung*/scil. ut certos redditus annuatim inde percipiant *Myl. de Stat. Imp. c. 22. p. 251.* (quomodo autem apanagium à Doario differat vid. *Springsf. de apan. c. 12. n. 71. & seqq.*) Hoc autem vocabulum superioritas territorialis, nec usu juris cognitum, nec legibus civilibus definitum, sed solis moribus nostri Germanici imperii non ita pridem inductum: hinc perplexum & difficile cognitu est, quodq; non paucis erroribus ansam præbuit: communiter autem à Dd. dicitur; quod sit potestas summi Imperii ac regalium, post Imperatorem competens statui immediato in res aut personas suo territorio existentes. Quidam distinguunt inter *Hohe landsfürstliche Obrigkeit*/quæ cohæret personæ & Principibus competit, & *Hohe lands-Obrigkeit* quæ Civitatibus. Utraque autem hæc jurisdictio territorialis à territorio separari nequit, sicut nec servitus sine prædial. *f. C. ubi & apud quem &c.* nec adjunctum sine subjecto subsistere potest *l. 13. §. pn. & ult. d. Acquir. vel am. poss. And. Knick. d. jur. territor. c. 1. n. 53.* quamvis formaliter & active sit in ipso magistratu, tamen materialiter & passive territorio inhæret *Dn. Reinck. lib. 1. cl. 5. c. 1. n. 6. & seqq. Wurmser. Exercit. 3. ad j. Publ. quest. 20.* superius autem satis demonstratum territorium, jusque in eo manere primogenito. Et sic in der *Brüderlichen Hessischen Vergleichung*/sub dato 1. Septemb. anno 1628. hæc de re ita cautum: jedoch bleibt hierbey alles dasjenige/was zur landesfürstlichen Hoheit und Obrigkeit gehörig/Herrn Landgraff Wilhelms F. G. auff dero Herrn Brüder



Brüder assignirten Orten/wie vorhin. De Gallia idem hoc testatur  
*Til. lib. 2.* Hæc autem omnia cum grano salis sunt accipienda, nisi  
aut ex concessione Imperatoris, aut pacto aut consuetudine aut  
ex concessione primogeniti totiusve regni aliud introductum.

**XLVII.** Primogenitus itidem regalia habet, omnes  
ex familia repræsentat, eorumq; nomine investituræ renovatio-  
nem petit. In omnibus actibus publicis ubi de ipsorum com-  
modo vel præjudicio agitur, ipsorum negotia gerit ac tuetur;  
& ille tantum votum & sessionem in comitiis habet cæteri vero  
non. *Bertram. in tr. de comit. th. 14. Limn. lib. 9. c. 1. n. 53. Excell.  
pres. ad syn. Becker. lib. 3. c. 7. n. 7.* ubi hanc limitationem addit;  
quod hoc tantum procedat in apanagio proprio non impro-  
prio, quando scil. ipsi de apanagio suo ab Imp. investiti sunt:  
Et ita in Illust. domo Brandenb. vigore disp. Albrechti E. d.  
anno 1473. obtinet. Welcher auch für und für unter unsern Ge-  
schlecht zu einer jeden Zeit Churfürst / der sol von Röm. Kaysern/  
Königen und Churfürsten seine Bestätigung von seyn als eines Chur-  
fürsten / und von aller seiner Erben Brüdern und ihre Erben und  
Vätern wegen / sämtlich nehmen / umb Besach willen die nicht  
noth seyn zu beschreiben. Et hoc etiam agitarum in causa Herrn  
Ernst M. G. zu Baden/ contra Wilhelm Herzog zu Bayren. Ubi  
in actis proponitur apud *Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 5. f. 411.*  
Daß es bey dem Hause zu Baden wie auch sonst im Reich herkom-  
men / daß alle wege der ältester Fürst von sein und der ander wegen  
die Lehn empfangen. Quod & singulari pacto inter Ludovic. ejus  
nomine II. & Henricum Hasliæ Landgr. fuit constitutum. Daß  
der älteste in alle wege die Regalien und Lehnschaften von J. Kays.  
Maj. von seiner selbst / und der ander wegen als ein sampt Lehn  
empfangen und tragen solle. Unde est quod votum in comitiis non  
singularim nomine primogeniti ut majoris natu fratris, sed  
conjunctim totius lineæ hujus & illius familiæ dari soleat, An  
autem circularibus conventibus gaudeant apanagiati? Hoc  
negat Springst. quoniam & in his tantum ii, qui status sunt im-  
perii admittuntur, sed hanc rationem universalem non esse, o-  
stendit *Myler. c. 12. de stat. Imp. pag. 89.* Sic nec jus indicendi con-  
ventus provinciales habent, quod & solo primogenito compe-  
tit.



tit. Et sic in domo Bavarica primogenitus non facta mentione fratrum, diatas provinciales indicit, quod ex literis citatoriis vulgo die außschreiben patet *Springsf. d. apan. c. 11. n. 196.* ubi tenorem earum refert, additque *n. 197. quod tamen fallit in Apanagio Improprio.* Sic in *Illustriff. domo Saxonica Senior quidem frater indicit ac convocat diatas nomine tamen in simul fratrum post genitorum.* Vel si pacto aliud introductum, ut in domo Hasfiaca vigore des getroffenen Hauptaccords *S. 33.* quod invenies apud *Springsf. c. 6. n. 3.*

XLVIII. Hic Dd. quærunt, an Apanagiati jus Episcopale & patronatus habeant? jus circa sacra principi competere, non solum ex sacro Codice elucet, sed & moribus Hæbreorum, Romanorum & aliarum gentium, imo & jure morali convenire dubium non est quicquid etiam Catholici in contrarium afferant. Dicta Sacræ Script. quam plurima sunt *Luc. 22. v. 25. 1. Epist. Petr. 5. v. 3. ad Rom. 13. Joh. 18.* quæ pro nobis militant. *B. Arnif. de subject. cleric. c. 3. & 4. Dn. Reink. lib. 3. cl. 1. c. 1. n. 32. Conring. in diff. de Maj. civ. aut. circa sacra. th. 36.* Veteres itaque Rom. Imp. Pontificis electionem sibi reservarunt *Can. 25. dist. 63. & Can. seq. dist. ead.* Ipsa etiam indoles & natura Imperii quæ nullum parem admittit hoc jubet: Imo & societatis civilis finis, qui vult principem id semper intendere debere, ut civitatem reddat beatam ac civem optimum; sine cultu autem Dei beatitudo civilis consistere nequit, cum anima Reipl. sit religio, cui ergo summa Reipl. cura demandata ea quoque commissa censentur omnia, sine quibus salus Reipl. procurari non potest *Magnif. noster Ziegler. in disp. de jur. Majest. 5. th. 23.* notumque illud axioma: quod cujus sit regio, ejusdem etiam sit religio seu de religione dispositio *7 Criff. Dn. Carpz. juriff. Eccles. lib. 1. def. 3. n. 4.* sed hic optime animadvertendum; aliam potestatem Ecclesiasticam internam esse, quæ in prædicatione, absolutione, ligatione, sacram: administratione & similibus quæ sunt ordinis consistit: & externam quæ circa personas & res Ecclesiasticas præcipue versatur, civiliterque extra templum exercetur, hanc Principi cuique summo ex vi ipsa Majestatis qua pollet, competere, concludimus: In



In hoc autem potissimum ea consistit, ut regat Ecclesiam ac eam  
tueatur ac defendat: sic cultum Dei restituebat David 1. *Cron.* 13.  
*Hiskias* 2. *Reg.* 38. *Josaphat* 2. *Cron.* 17. v. 7. *Jostias* 2. *Reg.* 22. & 23. Cele-  
berrim. *Stus Tabor* in tr. de regim. Imper. Ecclesiast. Magnif. Ziegler.  
in d. diss. th. 14. & seqq. per tot. & ad s. realis & seqq. inst. jur. Canon.  
*Lancell.* d. immunit. Eccles. & subj. *Wurms: Exerc.* 5. j. P. q. 1. sed  
quid de statibus Imperii nostri dicendum? Et hisce non solū jure  
Pacificationum competere hoc regale, quod maximum Land-  
Gravius Mauritius dicebat, sed & jure territorii dicimus. Ex im-  
mediata siquidem jurisdictione promanat publicum hoc reli-  
gionis liberum exercitium, inq; jure territoriali radicatum cujus  
& sequela est *Magn. Reink.* l. 3. cl. 1. c. 9. n. 3. hinc omnis jurisdictio Ec-  
clesiastica, quam quilibet Episcopus Catholicus in statuum Refor-  
mat: territoriis antea habebat, penitus quiescit *R. j. de anno* 1555.  
*S. damit* auch obberurte. *Instrum. Pacif. Osnabr. art. 5. §. 16.* Unde  
& hi Consistoria ex Ecclesiasticis & Politicis constituunt, qui in  
causis spiritualibus judicant *Magn. Reink.* all. loc. c. 10. imo & Ec-  
clesias reformare & redditus ad suæ religionis usum applicare  
possunt. *const. pacif. p. 5. §. 12. v. quantum.* Hoc tamen tantum de  
territorio ubi unica sive Protestantium sive Pontificiorum reli-  
gio viget intelligendum: In Protestantium enim religioni-  
bus Lutherana ac Calviniana aliter receptum, & Luthera-  
nam Principi Calviniano aut versa vice Calvinianam Luthe-  
rano immutare permittum non est *punct. 7. Nobiliss. pres. in diss. de*  
*Consist. Eccles. c. 3.* status itidem Ecclesiastici si religionem mu-  
tant, beneficia cum omnibus redditibus restituere cogun-  
tur *Const. pacif. Osnabr. punct. 5. §. 3. Dn. Reink. libr. 1. cl. 5.*  
*cap. 4. num. 228.* Hodie secundum eandem *Pacif. Osnabr.*  
*art. 5. §. bona 3. & §. quantum 12.* omnia juxta statum anni 1624.  
prim. Januar. sunt formanda, qui religionis status in æviternum  
firmus & immotus esse jubetur. Ex dictis jam facile dijudican-  
dum, quid de nostra quæstione sentiendum! certe cum Apana-  
giati superioritate territoriali destituti sint aliam religionem  
introducere nequeunt, quam in terris primogeniti viget, nec  
quicquam circa religionem mutare. Interim exercitium religio-  
nis



nis cui addictus una cum officialibus ac ministris suis in aula exercere ipsis integrum est; quæ lis in Illustriss. domo Palatina inter primogenitum Wilhelmum ac fratrem ejus Augustum duravit. Nec obstat quod status Imperii feudum ab alio statu Catholico recognoscens, Augustanam in feudo religionem introducere possit vid. *Wurmss. Exer. 5. j. P. q. 4.* nam hoc fallit si domino feudi superior jurisdictio territorii jure competit. An vero jura patronatus habeant? si illud intelligimus, quod à quibusdam pro ipsa potestate sumitur, quam princeps circa sacra habet, & regium dicitur, illud jam negavimus; si vero de illo communi & vulgari, quod subditis & privatis etiam competit, hoc jus interpretamur, non equidem difficiles primogenitos fore reor.

XLIX. Apanagiatis itidem non præstatur homagium, sed tantum primogenito; soli enim territorii domino exigere competit à personis in territorio existentibus juramentum subjectionis quo domino suo in omnibus & per omnia fideles sese fore adstringunt. Itaque homagii præstatio ex parte recipientis est fundamentum superioritatis, ex parte vero præstantis fundamentum subjectionis; quamvis de jure morali non videatur necessarium esse ut juret subditus, cum nihilominus sit obstrictus ad fidelitatem; moribus tamen antiquissimis & apud Israelitas hoc fuit receptum. Apanagiatos autem homagium non recipere, sed primogenito fieri, formulæ usitatae & in domo Brunsvicensi & Hasliaca demonstrant, quas nobis exhibet *Springsf. c. 11. n. 160. & seqq.* ubi autem Apanagium improprium vel conventionale viget, non tantum primogenito soli sed conjunctim etiam postgenitis homagium simul præstatur. Formulam in Illustriss. domo Saxonica usitatam adfert *Springsf. cit. l. n. 182.* idem etiam obtinet in Vasallagio, quod dictum est de homagio: exempla vid. apud *Springsf. cit. loc. n. 191.* Moneta etiam in apanagio proprio, nomine tantum ac effigie primogeniti insignitur, exclusis postgenitis, secus in apanagio improprio; aut si ab Imp. hoc jus monetandi specialiter acceperint. Jus autem hoc de necessitate introductum est: in omni siquidem Repl. rerum permutatione opus est ob indigentiam, ea autem fieri non potest hodie per res ipsas permutandas B. a-

vii



*vis Arnif. de jur. Maj. lib. 2. c. 7. n. 1. vid. l. 1. pr. d. contrah. empti*  
maxime itaque Reipl. interest, ut nummi quoad valorem bo-  
ni sint, hinc & Imperii status prohibentur hoc jus vendere,  
locare, cedere oppignorare, nisi suo jure cadere velint *R. j. d.*  
*anno 1507. §. als denn auch & R. j. de anno 1551. §. so haben wir.*  
Et notandum hic, quod status Imperii non jure proprio sed  
magis beneficio ac permisso Imperatoris hoc jus habeant,  
cum specialiter de eo investiantur. Non itaque cohæret juri  
territoriali *R. j. d. anno 1551. §. weiter so setzen wir & de anno*  
*1570. §. alsdenn die Münz Berechtigtheit ibi aus sondern Ver-*  
*trauen vid. Becker. in syn. j. P. lib. 3. c. 4. §. 19. ibique Excell. Præs.*  
*Myl. de stat. c. 72.*

L. Ardua adhuc circa hanc materiam enodanda ve-  
nit quæstio. An in apanagio suo pro elocanda filia, quis  
possit indicere collectas? summi inter se de hac quæstione  
contendunt Jcti: paululum idcirco altius eam repete-  
mus. Constat itaque ex rationibus in th. 28. & seqq. addu-  
ctis fæminas sicut nec in regno, ita nec in apanagio ad succes-  
sionem admittendas esse. In Gallia tamen aliquando con-  
sensu procerum regni à Regibus, filiabus apanagia relicta fu-  
isse, aut in dotem vel propter nuptias donationem data ex-  
emplo probat Springsf. & diu successione ibi in apana-  
gio fœminæ quæsiuerunt; donec tandem in solenni Arre-  
sto d. anno 1243. hoc ipsis denegatum, & etiam observatum  
fuit; summa tamen svadet ratio humanitatis & moralis, ut  
filiabus ubi hæredes esse non possunt conveniens dos con-  
stituatur, ut exinde mulier alatur *l. 29. C. de jure dot.* cum enim  
propter sexus imbecillitatem præesse nequeant, tantum iis è  
bonis paternis competit, quantum requiritur ad hoc ut ho-  
neste matres fam. reddi possint, ad quod à natura parentes  
tenentur, si scil. ad debitam ætatem pervenerint, quod si vero  
præventu mortis hoc fieri nequit, masculi quidem capita fa-  
miliæ redduntur, fœminæ tamen tantum consequi debent  
quantum ad alimenta, & dotem ratione dignitatis necessa-  
rium *arg. l. 60. 61. in pr. l. 69. §. 4. 5. d. jur. dot. l. 28. C. d. Episc.*

H

& cler.





*Cl. l. 9. C. de admin. tut. Clariss. Felden in Hug. Grot. d. jure B. & P. lib. 2. c. 7. n. 3.* optime igitur in Illustrissimis familiis dos in numerata pecunia constituitur; quod etiam expresse cautum In der M. G. zu Brandenburg Churfürstl. Theilung de anno 1473. Daß kein Marqgraff sol Land und Leute zum Heyrath mitgeben. Sic filiabus regni Sveciæ vigore ordinationis regni Sveciæ dos in 100000. joachim: cōstituitur. In domo Electorali Saxonica dos est 30000. Talerorum, in aliis vero Ducatibus Saxoniceis 20000. Florenorum. In domo Brandenburgica dos est 10000. Rheinische Gulden nebst einer ziemlichen Fertigung / In Hassia dos est 20000. Gulden in Holsatia 20000. imperiales vid. *Myl. in add. ad Rumel. diff. 5. th. 14. circa fin. Springsf. d. Apan. c. 12. n. 36. & seq. Diedrich ad AB. tit. 25.* Hæ autem filia antefactam copulationem jurato renunciant hereditati, & literas reversales manu propria, sponsique subscriptione munitas offerunt, quales exhibet *Springsf. c. 12. n. 61.* Has autem aliqua ex parte otiosas puto, cum alias in feudis non succedant. Dotatio itaque filiarum plerumque fit collectando subditos, quod an principibus competat de jure, an de consuetudine, similiter inter se Dd. disceptant. prius *Stephan. 2. de jurisd. cap. 7. n. 462. Springsf. d. apan. c. 12. n. 48.* & alii affirmant, propter causam piam & favorabilem dotis. Præprijis cum jus collectandi de regalibus sit 2. f. 56. hocque generali Germaniæ consuetudine & praxi universali receptum esse, attestantur. Contrarium *Bets. d. Pact. Fdm. Ill. Diedrich. ad A. B. t. 25.* & quam plurimi alii defendunt, collectas scilicet tales non posse imponi de jure, nisi in casu quo ararium domini sit exhaustum, quamvis & hoc vix admittere velle videtur *Bets:* qui hos duos casus tantum excipit, scilicet si hoc pacto cautum & consuetudine obtentum: De posteriori *Rol. à Valle vol. 3. conf. 53.* rursus dubitat, cum initium violentum habuisse præsumatur. Sed si præscriptio immemorialis temporis adfuerit hoc dubium cessare puto; Exemplum *Bets. p. 195.* adducit de Comitibus ab Hanau Sittenburg quorum subditi illis omnimoda jurisdictione prædictis in hoc casu con-



contribuere recusarunt, & pro subditis decisum, quia probatum non erat, ipsos in similibus casibus collectas prestare solitos; quamvis illi Comites coram eodem sublimi tribunali obtinissent anno 1556. daß sie nemlich die Unterthanen zu des Orthes fürfallender Nothdurfft und erheischenden Nutzen mit ziemlichen und gebührlichen Schatzungen und Anslagen zubelegen Macht hätten / hinc dicunt majorem favorem, allevationem nempe subditorum absorbere favorem dotis. *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 6.* se vidisse testatur, subditos à principe suo Reversales accepisse, in tali casu, se precario collectas dedisse.

LI. Quod si verò ordinariæ sunt collectæ ipso jure debitæ, quoties Principum filiæ elocantur, à Principibus non regentibus imponi posse quidam putant, quæ tamen consequentia falsa: dubium interim movet, quod cum ex apanagio, & illorum, qui apanagium incolunt tributis, alere sese debeat apanagiatus, videtur summum jus circa collectas apanagiato competere, nec ullum præter ipsum subditos hos collectare posse. Sed cum collectarum indictio, vel ad jurisdictionem territorialem vel ad regalia pertineat, ut tradunt *Dd. per l. 8. C. de excus. mun.* quæ tamen apanagiati non habent, nec nomine eorum investituræ renovationem petunt *Rosenth. de feud. cap. 9. concl. 56. n. 16.* cum primogenitus omnem sublimiorem potestatem, omnia annexa regalia & cohærentes præminentias jura & dignitates sibi retineat *Myl. de Stat. cap. 22.* melius est, ut dicamus, nullas posse Apanagiatum collectas absque procerum & primogeniti consensu indicere. Interim illum posse aliquando non jure territoriali, sed ex conventionem cum subditis inita collectas imponere, negare haud possumus. Hic *Springsf. de apan. cap. 11. num. 208.* distinguit: an scilicet quis de apanagio separatim ab Imp. investitus sit; si non, tunc regentis fratris interventu precario ab ordinibus impetrare potest, ut collectas indicat, atque ita se scire, inquit, nuperrimè in do-



mo Saxonica practicum fuisse. Sin verò cum superiori-  
tatis jure ab Imp. fuit investitus, tunc propriâ autoritate  
absque consensu primogeniti ipsi collectandi jus cum con-  
sensu tamen procerum competit, & ita ab Imp. de Anno 1590.  
1593. 1606. decretum fuisse cum *Vultej. alleg. loc.* testatur. An  
verò primogenitus subditos suos, pro elocandis postgenito-  
rum filiabus collectare possit? rursus inter se Dd. serram con-  
tentionis trahunt: Quidam conciliare conati sunt contra-  
dictionem Clarissimorum JCrorum, affirmantes exaudien-  
tes de casu apanagii proprii, negantes verò de apanagio  
improprio. Sed hanc conciliationem *Diedrich. ad A. B. t. 25.  
p. 105.* rejicit; ex hac ratione, quoniam dos de jure communi ex  
bonis patri propriis est solvenda. Apanagiaty autem, id quod  
suum est, jam sit consecutus, quia apanagium loco hæredi-  
tariæ partis est. Sed præterquam quod apanagium ita ut pro-  
lubitu de eo ceu de re alia hæreditaria statui possit, hæredi-  
taria portio propriè non est, observantiam quoq; in Imperio  
nostro diversum suadere volunt, & primogenitum ad dotan-  
dam filiam apanagiari, cum sit possessor feudorum rega-  
lium & caput familiæ, ceu ad onus feudale obstringunt, sicuti  
propriis sororibus dotem constituere tenetur. Atque ita  
dispositum in E. Brand. de Anno 1573. *Das derselbe / id est,  
primogenitus regens, der andern abgegangenen Töchter / alle  
die sie hinter ihnen verlassen werden / berathen und besteuern/  
als ob sie seine leibliche Töchter wären.* Idem etiam in Mar-  
chionis Frider. divisione de Anno 1507. provisum est. Et  
ita in Ducatu Wurtembergico primogenitus filiabus omni-  
bus ex ista familia progenitis dotem constituit vigore Trans-  
act. Christoph. Ducis Wurtenb. & Georg. Ducis Montisbe-  
lig. 4. Maj. Anno 1552. §. *Und wie wohl.* Filiabus tamen ipsius  
primogeniti 32000. Flor. Rhen. pro dote definiti: In filiabus  
verò ultragenitorum hoc ad 2000. Aureos moderatum fuit.  
*Rumel. ad A. B.*

LII. Exstinguitur apanagium delicto & consolidatur  
regno, uti accidit Johanni Duci Alenconio *Springsf. cap. 13.  
num.*



num. 25. & præcipue crimine læsæ maj. & perduellionis ; In regnis quidem si id in fratrem, vel sceptrum tenentem, in Imperio verò Rom. Germanico, si id in Imperatorem commiserint *Myl. de Stat. cap. 93.* Hoc autem in ipso patre Apanagiato verum puto, liberis autem ejus ex apanagio patris certa alimenta relinquenda esse, nullus ambigo : Quamvis enim de jure communi per *l. famosissimam, quisquis. C. ad l. Jul. Maj.* bona confiscantur, ac filios ea pœna concernat, tamen ex singulari juris hodierni clementia Baniti filiis alimenta relinquenda *N. A. zu Erfurt de A. 1567. §. Wie wohl nun/ in verbis: Vnd der Jungen Herschafft deren alimenta halber/Springsf. all. loc.* Extinguitur Apanagiati & ejus filiorum morte, & consolidatur regno, ut supra audivimus. Denique etiam renunciatio: quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest. Cedi autem non potest; quemadmodum nec alias quivis usufructus, nisi hætenus ut fructuarius jus usufructus sibi retineat, perceptionem autem fructuum alteri permittat. *l. 66. de jur. dot. l. 57. solut. matrim. l. 8.*

*§. f. de peris. & comm. rei vend. l. 38. & 67.  
de Usufruct.*

TANTUM.  
SOLI DEO GLORIA.



H 3

Juf



**J**ustum Naturæ sumtus deposcit honestos  
Agnatis : latum est hoc quoque PRIN-  
CIPIBUS.

Principis Agnati, SUCCESSOR PATRIUS  
in se

Curam suscipiens, hunc quoque liber  
alat.

Hæc dum depingis graphicè, CLARISSIME  
JÜRGENS,  
PRINCIPIS hinc laudes dicis, & inde  
Tuas.

JOACHIMUS Merger/  
D. & Prof. Publ.

---

**V**irtutes accendit honos, favor excitat artes  
Sectandi studium, nec sinit esse pigros:  
Quod dum consequi amas, nostro pars digna  
Lyceo

Clare GEORGIADES, digna favore  
patras;

Gratulor ex animo captis, Deus addere pondus  
Dignetur, fausto sidere cuncta cadent.

*Hæc gratulab. apponere voluit Præeximio atq; Eru-  
ditissimo Dn. Henningo Georgii Commen-  
sali & Amico suo perquam  
dilecto*

MICHAEL LEDERERUS, J. U. D.  
& Facult. Jurid. Assessor.

Priscis



**P**Riscis temporibus maxima gloria  
Collegisse, fuit, pulverem Olympicum  
Forti curriculò, palmaq; nobilis  
Terrarum Dominos transtulit ad Deos.

Quàm longè melius Melpomene beat,  
Et majoribus hæc tollit honoribus,  
*Gaudentem studiis ? GEORGIUS* ap-  
probat,  
Innuptæ Themidos *cultor amabilis;*

Dum nullas alias delicias ferè  
Hic duxit celebres, quàm graviter stare,  
Et sic de *catbedrà* ritè probare se  
Atque ardore capi Juridici chori.

GEORGI, sic iterum *Patris* agalmata  
Ornas, jam propriis (grator) honori-  
bus  
*Legum* sic citò *Doctõribus* additus  
Sublimi feries sidera vertice.

*Gratulabundus*  
f.

MICHAEL FRIDERICUS LEDE-  
RERUS, J. U. L.

Dum



**D**um monstras, Regum maneat quæ Jura  
Minorum,  
Ipsam, cerno tibi necere sarta, The-  
min,

*Clarissimo DN. Autori, Amico è  
paucis intimo festinab.  
scripsi*


M. JOH. WOLFFG. RENTSCHIUS,  
Fac. Phil. Adj.

---

**H**oc dum Postgenitis tentamine jura tueris,  
Nil præter priscum fiat feliciter opto,  
Acclamoque tibi. Tu captum fortius urge,  
Sic primam tandem necet tibi Diva coronam.

*Ita  
Clarissimo Dn. Authori conter-  
raneo suo gratulabatur*

HENRICUS GREGORII  
Itzeh. Holsatus.





ULB Halle  
002 618 818

3




5b

1200


VDM











*W. Leiser de appanagio*

DEO TRIUNO ADJUVANTE!  
PERICULUM JURIS PUBLICI

De

1663

450 11a

224

# APANAGIO,

Consensu & autoritate Magni.

fici & Amplissimi Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo, Consultissimo, & Excel-  
lentissimo*

DN. WILHELMO LEISERO,

Jcto, & Antecessore in hac Academia famigeratissimo,

Curia Electoralis, Scabinatus & Facult. Juridicæ

Alsessore gravissimo,

*Patrono, Preceptore, Promotore ac Affine suo  
omni honoris cultu etatem prose-  
quendo.*

Publico eruditorum examini sistit

HENNINGUS JUXBENSIS

Jtzehoâ Holsatus.

AUTOR.

*In Auditorio Jctorum, Horis consuetis.*

*Die 6. Junii.*

WITTEBERGÆ, Literis MATTHÆI HENCKELII  
ANNO M. DC. LXIII.